

1

JOANNIS DUNS  
SCOTI,

DOCTORIS SUBTILIS  
ORDINIS MINORUM

THEOLOGORUM OMNIUM PRINCIPIS.

*Super Secundum Sententiarum Quaestiones exactissimae.*  
CREATIONEM RERUM INSINUANS SCRIPTURA, &  
DISTINCTIO PRIMA.

**C**IRCA creationem, in hoc Secundo (ut dictum est in lectione) tractat Magister de Deo, quantum ad causalitatem ejus primariam: & hoc specialiter circa causalitatem triplicis causa, quam habet respectu creaturae. Quare primo circa hoc.

QUESTIO PRIMAE.

*Utrum prima causalitas respectu omnium causabilium de necessitate sit in tribus personis?*

**E**T intelligo respectu omnium causabilium, in quocumque esse. Sed hoc de necessitate, ita quod non possit esse nisi in tribus personis. Quod non: Ricard. de Trinitate lib. 3. cap. 16. *Si tantum (a) esset una persona, adhuc esset in ea plenitudo potentia & sapientia: ergo posset producere omne possibile.* Item, actio est suppositi: ergo plurimum suppositorum plures actiones: igitur trium personarum non potest esse una actio: igitur nec una potentia activa, vel causalitas, respectu omnium causabilium: quia cujus est potentia, ejus est actus. *de Somno, & Vigilia; Præterea, sicut se habet principium operationis ad principium: ita operatio ad operationem.* Hæc propositio patet in potentia sensitiva, intellectiva, & volitiva, & actibus earum: sed principium creationis est aliquid essenziale, quia commune tribus: & tale est prius<sup>a</sup> aliquo modo, notionalis sive personalis: igitur & actio actionum. Contra, persona divina plus conveniunt quam substantia, & virtus

Tom. II.

A

tus

<sup>a</sup> Mag. A. In 2. d. determinat Mag. de Deo, in quantum ejus perfectio reduci in operibus creationis.

tus in creatura: sed ista non possunt separari in operatione: ergo nec illi. Item, bonitas Dei presupponitur bonitati creature: ergo productio bonitatis.

Hic dicit Henricus quodlib. 6. q. 2. tria per ordinem. Primum est, quodcumque nota notitia, que est in Filio, sic realiter in Patre: quia nihil cognoscit Filius, quod non cognoscat Pater: & amor, qui est in Spiritu sancto, sic in Patre; & Filio: quia nihil amat Spiritus sanctus, quod non amet Pater, & Filius; tamen notitia, que est in Filio, ut in Filio, habet quandam rationem specialem, quam non habet, ut est in Patre. Similiter amor, qui est in spiritu sancto, ut in Spiritu sancto habet quandam rationem specialem, quam non habet, ut in Patre, & Filio. Notitia enim, ut in Patre, tantum habet rationem notitiæ simplicis; in Filio autem habet rationem notitiæ dispositivæ. Filius autem in divinis, nihil aliud est, quam ars, vel notitia declarativa eorum, que Pater cognoscit in simplici intelligentia, & dispositiva, & ordinativa eorum, que producenda sunt, & moderum operandi. Amor etiam in Patre, & Filio, habet rationem amoris simplicis complacentis; sed in Spiritu sancto, habet rationem affectivam, & quasi impulsivam ad opus. Hæc autem distinctio notitiæ, & amoris in divinis, potest accipi secundum proportionem duplicis notitiæ, & amoris, que percipiuntur in nobis: nam artifex primo invenitur simpliciter, & simpliciter in actu, formam operis; secundo ordinat, & disponit de sciendo, & modo faciendi: & hæc est notitia dispositiva; que concipitur ex priori. Similiter ex parte voluntatis, quando offertur artifici forma operis, complacet sibi primo simpliciter in ea: secundo afficitur ex complacentia ad productionem ejus, & ex tali affectione, dicitur amor affectivus, qui oritur ex primo. Sic imaginandum est, secundum illum in divinis, scilicet quod in Patre est quasi notitia simplex, non dispositiva, de productione rei, & modo producendi; sed in Filio est notitia habens rationem hujus notitiæ dispositivæ. Similiter in Patre, & Filio est amor simpliciter complacentis in rebus intellectibus. Sed in Spiritu sancto est amor habens rationem affectivam, & inclinativam ad opus. Secundum, quod dicitur in opinione ista est, quod ad hoc quod producat effectus, non sufficit notitia simplex ex parte intellectus, sed requiritur notitia dispositiva. Nec etiam sufficit volitio simplex ex parte voluntatis; sed requiritur amor, vel volitio affectiva. Ex quo sequitur tertium, scilicet quod productio extrinseca creaturarum, presupponit in essentia divina ipsas personas, ut quasdam rationes formales essentia, per quas creature immediate producantur; & presupponit productionem, sicut per quas iste rationes formales acquiruntur. Unde hæc est conclusio hujus opinionis; quod productio extrinseca creaturarum presupponit intrinsicam, sicut causam, per quam habet formale principium productivum immediate. Sicut enim expresse volit Dicitur iste, questione prenotata, sine Verbo, & amore productis, actus essentialis notitiæ, & amoris in divinis non essent perfecti, & sufficientes ad producendum. Per

Perficiuntur autem per Verbum, & amorem productam, & ideo isti duo termini producti, scilicet Verbum, & amor, perfectiores actus essentialis intelligendi, & volendi in tribus personis, sunt immediatæ rationes formales; & immediatæ principia producendi creaturas. Pro ista opinione videtur idem Doct. Ibidem innuere tres rationes. Prima est talis: Illud, quod producit per cognitionem simplicis notitiæ, & amoris simpliciter complacentis, sicut per immediatæ principia producendi, producitur necessarius necessitate naturalis determinationis ad producendum; & modum producendi. Hoc patet; quia tali notitiæ, & amoris; modo naturalis se habent ad suum effectum producendum, & ad unum determinatum modum producendi, non minus quam calor ad calefaciendum. Unde Philosophi, qui non perseverant in Deo nisi talem notitiam, & talem amorem; posuerunt mundum procedere necessario a Deo nec cessitate naturalis determinationis ad producendum. Sed ad unum modum producendi tantquam quod non possent non producere, nec alio modo producere, quam ad producendum patet per Avicennam 9. Met. id est ergo ad hoc quod Deus producat mundum non de necessitate oportet quod ipsum producat tanquam per immediatæ principia, non per cognitionem simplicis notitiæ, & amoris simpliciter complacentis; sed per notitiam dispositivam, seu conciliativam de producendo, & modo producendi; & per volitionem electivam, & libere inclinativam in opus, quasi per actus supervenientes prioribus actibus prædictis: sed talis notitia dispositiva, & talis amor affectivus, sunt Verbum, & Spiritus sanctus in divinis: ergo mundus producat per Verbum, & amorem productum, sicut per immediatæ principia producendi ipsum. Secunda ratio talis est: Sicut, si habet forma naturalis ad producendum effectum suum naturaliter, sic forma intellectualis, & volitio concomitans ipsam ad producendum effectum intelligibiliter, & artificialiter: sed forma naturalis non est immediatum principium operis; secundum quod est perfectio ejus in quo est, sed solum in quantum inveni respicitur ad opus; sed sapientia intellectualis essentialis, & amor essentialis, non induit istam respicitur, nisi ut sent in Verbo, & amore producto: igitur Verbum, & amor producat in quocumque artifice, sunt immediatum principium operandi artificialiter. Unde advertendum secundum istum Doctorem, quod sapientia intellectualis, ut essentialis, est quasi forma naturalis agentis, secundum quod est perfectio ejus in quo est: sed ipsa sapientia, ut induit rationem Verbi, est quasi ipsa forma naturalis, ut habens respicitur, & ordinem ad effectum. Unde secundum ipsum Verbum ex ipsa ratione Verbi habet respicitur, & ordinem ad ipsas res creandas, & quod non habet sapientia essentialis in quantum hujus. Tertia ratio talis est: sapientia speculativa, & amor sibi correspondens non sunt immediatum principium operandi; sed solum sapientia practica, & amor sibi correspondens, ut patet

4  
*in artifice rationali: quia notitia universalis, qua considerat operabile in universali; & secundum principia sua communia, non est sibi ratio operandi; sed notitia quadam particularis accepta de universalis: sed sapientia in divinis, ut est essentialis perfectio, est solum speculativa, habens, ut sic, ideas speculativas; & ut rationes cognoscit tantum; sapientia vero personali, qua verbum est, non est tantum speculativa ad cognoscendum, sed practica continet in se actus, ut sunt principia operandi; ergo Verbum, & amor sibi correspondens, sunt immediatum principium operandi, & producendum in aeternis. Confirmatur haec ratio per illud prima ad Cor. 2. Prædicamus Christum Dei virtutem; & Dei sapientiam: virtus autem habet rationem scientiæ practicae. Secundum hoc etiam dicitur Verbum potentia operativa Patris, in quantum scilicet habet rationem scientiæ practicae.*

Contra istud primo videtur (a) sequi quod Pater formaliter non creat: Nihil enim formaliter agit, quod non est in actu, secundum illud, quod est proxima ratio agendi. Pater autem non est formaliter in actu Verbo, vel Spiritu sancto. Secundum autem istam positionem, Verbum, & Spiritus sanctus sunt proxima ratio agendi, & causandi, sicut intellectio, & volitio sunt remota rationes causandi, igitur Pater non causat formaliter, & proxime. Est dicitur, quod omnes creat, quia omnes habent unum verbum intellectum suum communi; quo verbo perficitur intellectus essentialis, licet istud verbum sit a Patre solo dicente vice omnium: & omnes habent unum agendum in voluntate communi, licet ille amor sit uterque a Patre, & Filio simul vice omnium trium. Contra istud sic arguo, quæto quomodo Pater habet istam notitiam genitam? non formaliter, secundum Aug. 7. de Trinit. c. 1. quia secundum eum ibid. Pater non est sapiens sapientia genita: sed habet sicut correlativum, scilicet ut producens habet productum: sed sic habens non est in actu formaliter eo, quod habet: ergo nec formaliter agit actione illa: respectu cuius habetur, sive illud quod habetur, non est formalis ratio agendi. Videtur etiam ultra sequi, quod Filius, & Spiritus sanctus non creentur quia communiter formalis ratio agendi non agit illa actione, respectu cuius dicitur formalis ratio agendi. Et si dicitur, quod Filius creat, & Spiritus sanctus creat; neutra tamen persona videtur proxime creare: quia neutra est in actu per alteram formaliter: & omne agens proxime per intellectum, & voluntatem, est in actu; nam notoria, quam volitio, necessarius ad talem actum. Præterea secundo; quæto quid intelligis per sapientiam dispositivam, vel dispositivam; & amorem affectivam? Aut enim ista sunt appropriata Verbo, & Spiritui sancto, aut sunt propria? Si appropriata: ergo secundum veritatem sine communia tribus, & ita duæ personæ non sunt proximæ rationes formales creandi. Si sunt propria, cum dicunt respectum rationis ad creaturas, quia secundum ipsam, dispositio dicit respectum rationis ad disposita: ergo aliquis respectus rationis est

pro-

a Sec. arguitur contra Henric. Vide 3. distincti. 1. quest. 7.

proprius alicui personæ divinae, quod est improbatum dist. 18. 1. lib. de dono; & dist. 27. primi de verbo. Præterea, quod (a) dicitur de ideis practiciis, quod non sunt in Patre, sed in Verbo, ac si una persona non sufficeret ad productionem, videtur esse contra August. 15. de Trinit. cap. 13. Ideo Verbum hoc vere veritas est, quia quicquid est in ea scientia, de qua genitum est, & in ipso est: quod autem in ea non est, nec in ipso est. Et paulo post. Novus omnia Deus in se ipso novit, & in filio. Est post Omnia, quæ sunt in eorum scientia, nusquamque eorum simul videt. Ex quibus, & aliis verbis ibidem positis, videtur velle manifeste, quod nihil actualis est in Verbo, quam in intellectu Patris: & per consequens non est ibi distinctus, quam in intelligentia Patris. Præterea, quod (b) dicitur ibi Verbum esse ad perfectionem intellectum essentialium; quia illud, quod est ratio agendi alicui actione non manente in agente, non perficitur illa actione: sicut calidum inquantum calidum, non perficitur calefactione, quæ recipitur in passivo: sed secundum istum intellectio essentialis est ratio agendi Verbum, & ista igitio non est actualis formaliter immens ipsi Patri, quia terminus igitiois non est formaliter Patris; ergo intellectio essentialis (quæ est ratio agendi Verbum, secundum eum) non perficitur Verbo production. Quod etiam dicit (c) de notitia universalis, quod sit speculativa, improbatum est supra in prologo primi de scientia Theologica, utrum sit speculativa, vel practica; quia conclusiones practicae resolvuntur in principia practica, & non in principia speculativa: sicut conclusiones speculativæ in principia speculativa. & non in principia practica. Quod etiam dicit, quod Ideo posuerunt Philosophi Deum necessario producere aliquid a se, quia negaverunt in eo ipsam causam procedentem dispositivam, vel dispositivam; & amorem affectivam esse productum; non videtur verum, quia volitio essentialis, sive ut in tribus, sive ut in Filio, sive ut in Patre, non est necessario alterius a se. Nihil enim aliud a se vult voluntas divina necessario, etiam per impossibile non esset principium productivum ad intra: quia tunc necessario dependeret ad creaturam, quod est inconveniens maximum.

Ad solutionem questionis tria sunt videnda. Primo, quod prima causalitas respectu creaturarum est necessario in tribus personis divinis: & hoc respectu eorum ut causatarum quantum ad verum esse sive quantum ad esse simpliciter, Secundo propter illud, quod additum est in questione de causalibus secundum quodcumque esse, videndum est de causalitate respectu omnium causalium quantum ad esse secundum quid, ut esse cognitum vel esse volitum. Tertio, propter illud, quod additum est in questione (scilicet, quod non possit alter esse quam in tribus.) Videndum est si per impossibile poneretur una persona absoluta, utrum posset esse in ea perfecta causalitas respectu omnium causalium.

A 3

Quan-

a Num. 5. Num. 23. Quest. 11. dist. 18. et de scripto Ang. lib. 10.

b Vide Henr. quod. 6. q. 1. c. Quest. 4. num. 18. Quia medium, &amp; extrema debent esse in eadem proximitate. Post. text. 23. Vi dictum est dist. 39. primi.

Quantum (a) ad primum dico, quod illa causalitas perfecta necessario est in tribus: quod probatur tripliciter. Primo, quia principium durationum productionum, necessaria videlicet, & contingentis, necessario est prius principium necessaria, quam contingentis: Non enim potest effectus necessarius presupponere contingentem: sed bene e contra: sed aliquid in divinis est principium productionis intrinseca, que est necessaria, & aliquid est principium productionis extrinseca, que est contingentis: igitur prius necessario est in Deo aliquid principium productionis necessaria, & ad intra, quam in eo sit aliquid principium productionis contingentis, & ad extra. In illo autem priori, completa productione ad intra, communicatur tribus personis omnes fecunditas, que eis non repugnat; & per consequens communicatur eis illud, quod est principium productivum causalitatis ad extra: igitur in illo instanti, in quo est proximum principium in Deo ad producendum aliud contingens ad extra, illud communicatur tribus. Item, prius naturaliter est prima obiectum presens potentie respicienti tale obiectum ut patrum, quam secundarium obiectum fit presens: & hoc maxime verum est, quando solum primum obiectum ex natura rei, & ex se est obiectum; & secundarium obiectum (b) non ex se est obiectum illius potentie, sed fit per actum illius potentie in tali esse, hoc modo. Primum obiectum intellectus divini, & voluntatis divine, est sola essentia divina, & omnia alia sunt tantum secundaria objecta, & producta aliquo modo in tali esse obiecti per actum intellectus divini: Prius igitur naturaliter est essentia divina presens intellectui suo (ut primum obiectum) quam aliquid aliud; sed intellectus divinus habens essentiam ut obiectum sibi presens, non tantum est potentia operativa circa illud, sed etiam potentia productiva notitie adæquate illi intellectui, ut principium productivo, & illi essentie cujus est ut obiecti: igitur tunc est productiva Verbi infiniti, & per consequens Verbi generi in natura divina.

Similiter, voluntas habens essentiam illam actum intellectum ut obiectum sibi presens, non tantum est potentia operativa, qua scilicet formaliter habens eam amat ipsum obiectum, sed etiam potentia productiva amoris adæquat' instanti; & per consequens persone spirante in natura divina. Prius ergo naturaliter quam intellectus, & voluntas divina habeant, vel respiciant aliquid aliud obiectum secundarium; habetur completa ratio productionis personarum divinarum intersecuturam: & per consequens illa persone prius producuntur, quam aliquid aliud obiectum presenteretur: & per consequens multo magis prius, quam aliquid aliud obiectum causetur. Præterea tertio, habitu natura ad suppositum, prior est habitudo ejus ad actum secundum: quia apere præsupponit esse, & habitudo nature ad suppositum pertinet ad esse, Et formaliter talis habitudo nature ad suppositum est essentialis, & in quid: illa autem habitudo, que est nature ad agere, non videtur ita essentialis: Natura igitur divina prius habet esse in illis personis, quam sit in principium productionis extrinseca. Prius

a 1. *Con. 1. s. f.* b *De primo, & secundo obiecto vide dist. 1. g. 2. in primo.*

Prima ratio, & concludat (a) prioritatem aliquam, non tamen quod præcedat contingens necessario præcedat necessarium, quia ista proprietates non est propter dependentiam contingentis ad necessarium: sed propter principium quo contingens, quod est communis utrique. Similiter secunda ratio accipit, quod intellectus habens essentiam divinam præsentem, prius quam obiectum secundarium, est ratio gignendi: hoc sic est verum, quod, ut est ratio gignendi, non requiritur obiectum secundarium, tamen ita dicitur e contrario, quod obiectum secundarium, licet præcedat obiectum primum esse præsentem potentie, non tamen præcedit, quod eo presentem seunda persona gignatur, vel prima persona gignat, quia in una persona ipsum præsentem sufficit ad præsentiam secundarii. Similiter ad tertium, adia præsupponi: nam utrum in aliquo supposito non tamen necessario in anali, vel non in aliquo, quando natura est agens. Sic igitur ista rationes concludunt, sicut exponitur in tertio articulo: non quod ex ratione harum productionum sit ordo; & ideo illa ad extra non proprie dicitur præsupponere, vel præcedere intrinsecum: sed ordo est ex fundamentis communi, cui intrinseca est immediatus, & ideo prior.

Secundo, quantum ad istum articulum videndum est, que sit ratio hujus. Dico, quod ratio hujus non est, sicut positio prima inuenerat, scilicet quod Verbum, & Spiritus sanctus sint rationes formales proximæ creandi, vel quod aliquo modo compleant causalitatem Patris: immo eadem causalitas, & æque perfecta est in Patre, sicut in tribus. Ita ergo primitas talis est in tribus personis respectu creature, qualis est dicta *dist. 11. primi lib.* in Patre, & Filio, respectu Spiritus sancti. Non enim hoc ponitur ibi quasi imperiose: tunc dicitur ista Filio, quam in duabus, sed quia prius communicatur secunditas illa Filio, quam Spiritus sanctus spiritetur & tunc in illo instanti originis, quo Patet producit Spiritum sanctum, illa secunditas, qua producit, est in Patre, & Filio: ex hoc sequitur quod tunc producit Spiritus sanctus a duobus, in quibus est illa una secunditas. Ita hic prius naturaliter communicatur natura divina tribus suppositis divinis, secundum rationes illas prius positas, quam creatura possit immediate produci: & ideo in illo primo instanti, in quo creatura est in modum producibilis, causalitas illa una est in tribus personis tempore creationum producendum. Et hæc est Sententia Augusti 5. de *Trinit. c. 14.* quod sit omnes tres sunt unum principium creaturæ, ad ipsam producendam.

Quantum ad secundum articulum principalem, videtur quod si in intellectu Patris sine ideo prædicæ, sicut est argutum, contra opinionem primum, ergo Verbum est genitum de creatura, ut est idea in intellectu Patris: quod etiam confirmatur per Aug. 11. de *Trinit. c. 14.* *Natura est de omnibus his, quæ sunt in scientia Patris.*

Sed contra istud arguitur, quia tunc Spiritus sanctus non spiraret tan-

tantum ut amor essentia divinae, sed ut amor omnis amabilis intellexi: & ita ex vi productionis suae esset amor creaturae, sicut essentia divinae. Vel ergo Deus necessitatem amare creaturas, vel Spiritus sanctus non necessitatem producere, quorum utrumque est falsum.

Item, non tantum Pater novit creaturas formaliter, sed etiam novit Filium formaliter: igitur si de omnibus ut noti: Patri gignitur Verbum de Verbo, ut noto Patri, gignitur Verbum, & ita Verbum gignitur de Verbo.

Item Verbum gignitur a sua memoria (a) paterna, non intelligentie: ex distincto secunda, primi lib. 7. in memoria autem paterna, ut patet in quatuor intelligentiam, lapis non habet esse intelligibile, non enim est prius intelligibile, quam intellectum, sed tantum essentia divina prius est actu intelligibilis, & ipsa quasi facit omnia alia intellecta, nec prius intelligibilia, quam intellecta: quia tunc secundum aliquam distinctionem praederent intelligere, quod est falsum: igitur tantum sunt virtualiter in memoria, quia essentia est ibi formaliter.

Si dicatur, quod lapis prius relucet vi intelligibilis, quam actu intelligitur, hoc negandum est de relucere: actus solummodo verum est de virtualiter relucere, quia essentia divina actu relucet. Item, lapis in esse intelligibilis, vel intellecto, non est formaliter ex se necesse esse, quia tunc in illo esse, non esset obiectum secundarium, sed primum, quia Deus: igitur productum ab ipso, ut sic, non esset formaliter ex se necesse esse. Item, intellectus divinus visesceret, si moveretur a lapide: igitur similiter si gignatur ab illo motus in ipso.

Item, nulla relatio realis (b) aliquis persona divina videtur esse ad aliquid aliud extra ipsam, ut ad creaturam, ex distincto, 30. primi, sed geniti ad illud de quo gignitur, si est distinctum realiter, est relatio realis: ergo Verbum non est genitum de lapide, ut noto Patri.

Quantum ad hoc igitur dico sic, quod duo ordines possunt intelligi in divinis, scilicet ordo naturae, & ordo originis, qui sunt alterius rationis: & in quocumque gradu unius ordinis, potest totus alius ordo assignari. Exemplum in creatura, ubi est ordo naturae, ordo originis, & ordo durationis, qui sunt alterius, & alterius rationis: & totus unus ordo potest assignari in uno gradu alterius ordinis. Accipitur enim unum instans durationis, in illo instanti possunt assignari omnia ordinata secundum originem, & naturam. Accipitur etiam unum instans naturae, in eo possunt assignari omnia ordinata secundum originem. Simpliciter tamen in divinis ordo naturae primus est, ita quod simpliciter procedendo in primo instanti naturae, debet assignari totus primus ordo originis: & si in secundo instanti naturae assignetur ordo originis, non est primus ordo originis, sed secundus, quod intellexo sic. Ordo naturae accipitur, comparando objecta ad intellectum, & voluntatem divinarum: quia comparando essentiam suam ad intellectum, & voluntatem

eius,

eius, quae est primum obiectum intellectus sui, & voluntatis suae, est primum instans naturae: & comparando alia objecta, quae sunt secundaria ad intellectum, & voluntatem divinarum, quae non sunt ex se objecta, sed producta per intellectum, & voluntatem in esse obiecti, est secundum instans naturae. In primo igitur instanti natura, stando in illa, habetur persona perfecta habens memoriam perfectam essentia divina, id est, habens intellectum, cui essentia divina est praesens in ratione obiecti actu intelligibilis: & ista persona, ista memoria, ista essentia divina, potest formaliter operari, & formaliter producere: sicut dicitur est (a) in primo libro, & prius aliquo modo intelligitur, ista persona operari ista memoria, quam producere: & in illo priori intelligitur ista persona in se perfecta, & vere beata in actu intellectus, intelligendo essentiam divinarum, sicut obiectum suum. Eadem etiam persona producendo ista memoria, producit notitiam adequatam huic obiecto, & cum hoc obiectum sit infinitum, producit personam formaliter infinitam per se subsistentem: Illi autem personae communicatur voluntas, ut actus primus, non habens adhuc secundum adaequatum productum: ista una voluntate persona prima, & secunda operatur circa essentiam divinarum, tanquam obiectum, amando eam infinite: & tunc tunc in se perfecta, & vere beatae in essentia divina. Praeterea hoc autem ista eadem voluntate una in eis, istae personae producant amorem, adequatum huic obiecto cognitio sub ratione amabilis: & ita producant amorem infinitum: & ita spirant personam divinarum, & quia nihil est formaliter infinitum, nisi quod per identitatem est Deus. Stando igitur praesens in primo (b) instanti naturae, comparando essentiam divinarum ad intellectum, & voluntatem, habetur totus ordo originis primus, quia scilicet duae personae perfectae originantur: & tota perfectio divinarum personarum ad intra in intellectu divino: & voluntate. habetur in primo instanti naturae, ut tunc potentia operatur circa illam essentiam, quia tota perfectio simpliciter conjungitur personae, est in intelligendo, & volendo essentiam divinarum: quia in intelligendo, & volendo eam sunt beate formaliter. Hoc ergo quantum ad primum instans naturae. Sequitur secundum (c) instans naturae, in quo comparatur intellectus, & voluntas divina ad aliud obiectum secundarium: & quia in illo instanti obiectum illud non est esse, se actu intelligibile, sed fit actu intelligibile per intellectum, ideo non habet esse in memoria divina, ut memoria est, sed producit actu intelligentiam in tali esse obiecti, sicut in nobis intentiones secundae producuntur per intellectum, & non sunt in memoria, ut memoria est, & sic ponetur, quod habent esse per memoriam, sive quod producerentur per intelligentiam in esse cognito, saltem prius natura quam habeant esse in memoria, vel in intelligentiis, tam memoriam, quam intelligentiam est in tribus personis: & ita in quantum memoria, vel intelligentia est in illis tribus personis, est ratio producendi ista in esse. Non igitur Verbum

pri-

a Addit. b Arist. 1. meta. l. 5. l. 2. q. 2.

a Dist. 2. p. 2. q. 3. n. 22. b Scot. de hoc duplici ordine originis. distincti. 1. q. 2. & distincti. 2. q. 2. quod. 4. art. 1. c Secundum instans naturae, in quo ordo origi-

prima productione producitur de lapide, ut est in memoria Patris: quia vel lapis non habet esse in memoria Patris, ut memoria est principium producendi Verbum vel si habet esse in memoria, non tamen prius naturaliter, quam ipsa intelligatur in tribus, & ita potest probari, quod prima causaliter respectu causalitatem in esse cognito, necessario sit in tribus personis: sicut tunc probatur in secunda ratione ad primum articulum, quae aequa valet ad istum articulum.

De hoc (a) quod dicitur, producitur actu intelligenti, dubium est, saltem non est formaliter intelligibile, nisi actu intelligenti: licet ibi producatur quasi actione memoria, non intelligenti: Exemplum de secundis intentionibus, forte non est simile, quia comparatis objectis factis per intellectum videtur esse intellectui consentit uti causa, non sic objectum absolutum videtur intellectui virtute alterius objecti excellenti existentis in memoria; non enim fit intentio secunda actu intellectus virtute rei volentis in memoria: Sicut hic lapis fit intellectus virtute essentia divina in eius memoria volentis: Tolle enim actum comparativum, ponendo tantummodo absolutum quoscunque, lapis erit notus: intentio autem secunda sine actu comparativo nunquam erit. Similiter intentio movet fit per intelligentiam in vero esse suo, & non in esse cognito, ideo prius est quam in cognitione, quia cognoscitur actu reflexo: lapis autem non fit in suo esse nisi tantum dimisso, ideo prius cognoscitur actu etiam recto, quam fit. De hoc dissin. 10. primi libri, quod memoria non tantum est principium notitia objecti volentis in ipsa formaliter, sed etiam virtualiter: & ita illud primo est formaliter in notitia producta, vel quasi.

In secundo tamen instanti natura, potest assignari quidam ordo originis: quia prius originis Pater intelligit lapidem, quam Filius: quia Pater intelligit a se, Filius non a se, sed hoc habet a Patre & Spiritus sanctus a Patre, & Filio. Sed ille secundus ordo originis, non est originatio simpliciter: quia scilicet persone divine producitur in esse nature divine simpliciter, sed est quasi originatio secundum quid, sive consequens personis jam productas.

Exemplum huius in creaturis: si sit origo Sortis a Platone per se secundum humanitatem, ordo originis in illis, in habendo humanitatem, est primus ordo originis simpliciter, ordo autem eorum in habendo ratiabilitatem, est alius ordo originis quasi secundum quid: quia sicut in primo instanti natura: Sortes habet humanitatem a Platone: ita in secundo habet ratiabilitatem ab eo. & si prius naturaliter ambo haberent humanitatem, quam ratiabilitatem produceret, ambo causarent simul ratiabilitatem, & tamen quod hoc causarent, unus haberet ab alio. Ita dico in proposito, quod Verbum esse notitiam infinitam genitum, est ipsum esse infinitam notitiam infinitae essentiae, & hoc est per originationem ipsius a Patre in primo instanti natura, sed Verbum esse notitiam lapidis, vel habere notitiam lapidis a Patre signante; hoc est quasi ori-

gi-

ginare Verbum secundum quid, sive secundum aliquid adventens Verbo enti simpliciter. Hoc enim non est ipsum signi simpliciter sub ratione persone divine; quia nec sub ratione notitiae simpliciter infinite, & formaliter infinite essentia, ut objecti per se. Licet enim concomitanter notitia illa infinita, quae est infinita essentia, ut objecti per se, sit notitia lapidis, & quatenus tamen est lapidis, non habet a lapide inmaterialiter infinitatem. Quis dicitur tunc de productio in esse intellecto, committit tunc potest de esse volito.

Intelligi, quod prius origine non tantum dicitur a se (a) vel non ab alio: sed a quo alterum. Licet igitur Pater intelligat lapidem a se, si tamen in quantum intelligit lapidem, non fit a quo est Verbum, nec simpliciter, nec ut intelligens lapidem: Pater non est prius origine perfectus Filio, in quantum intelligens lapidem. Hoc suppositum non videtur verum, quia essentia ut in Filio, non minus est perfecta ratio intelligendi omnia, quam in Patre. Item, si essentia potest Filio esse ratio cognoscendi omnia, igitur est. Tunc ultra, licet scientia lapidis in Patre possit esse ratio scientia lapidis in Filio: tamen essentia quasi praecedit lapidem intellectum a Patre, quia efficacius movet. Item, lapis formaliter notus tantum est in intelligentia Patris, illi autem non est ratio cognoscendi. Item, illud August. 16. de Trinit. cap. 14. exponitur de his omnibus, supple virtualiter, quia de essentia, quae est virtualiter omnia illa.

Et si arguatur contra illud, quia Pater prius origine producit lapidem in esse cognito, quam Filius illum producat: igitur vel Filius non producit illum, vel idem bis producit, vel saltem produceret postquam intelligitur esse productus, praeterintelligitur enim in illo priori originis esse productum a Patre. Respondendo, Pater producit lapidem prius origine (b), quam Filius, hoc est a se, & Filius non a se: & tamen Filius eadem productione producit lapidem, & in eodem instanti natura: & tamen in eodem instanti natura possunt assignari omnes gradus ordinis originis. Et ideo non sequitur, quod sit bis productus, nisi prius naturaliter, & in priori instanti natura produceret a Patre, quam a Filio, quod non est verum. Nam in illo instanti natura, in quo Pater producit lapidem in tali esse, Filius habet eandem naturam, & per consequens omnem facultatem productivam, quae sibi non repugnat, & ita virtutem producendi lapidem: & ante illud instanti, ordine naturae non praeterintelligitur lapis productus in esse cognito. Et si dicatur saltem prius origine praeterintelligitur productus a Patre, quam a Filio: igitur non potest produci a posteriori origine, igitur nec a Filio, quia Filius non potest producere Filium, quia ante originem vivit generativa, ut in Patre, habet terminum adequatum sibi. Respondendo, & dico, quod non est ita in originatione secundum quid sicut in originatione simpliciter: Originatio enim simpliciter ponit originatum in esse simpliciter: & ideo quod in esse reali praecedat originatum simpliciter, praecedit; & originatum sim-

fim-

simpliciter: & ideo non potest esse ab ipso originato, & inde est quod Verbum non potest producere aliquid Verbum. Sed in originatione secundum quid, originans non producit originatum in aliquo esse simpliciter: & ideo potest flare cum hoc, quod productio ejus precedat quod aliquid originatum, quod tamen simpliciter non precedat illud originatum.

Sed nunquid Filius habet notitiam actualem (a) lapidis, virtute essentia, ut est in memoria Patris, vel ut est in memoria Filii? Videtur, quod ut est in memoria Patris praeveniens, datus esse Filio notum, quod dare potest. Respondetur, essentia absolute est primum obiectum, non ut in aliquo, sed ut essentia, & intellectus autem concurrunt ut quo quislibet operatur, ut est ejus, non ut est alterius: itaque non debet poni nisi unus ordo originis. Quia in secundo instanti natura unius sequitur ordo, nec simpliciter patet, nec secundum quid, quia per nihil in persona originante est illud, quod in secundo instanti inest Verbo, ut per principium in illo secundo instanti produciuntur. Sed quid est in Verbo in secundo instanti, tantum inest per illud, quod accepit primo instanti, & tunc exemplum de rigibili videtur aptum, sic intelligendo, quod secundum humanitatem simpliciter sit originatio in primo instanti, sed in secundo instanti secundum passionem, ita quod genus propter hoc, quod accipit in primo instanti, est rigibili in secundo, & non per aliquid aliud principium in generante. Sic Verbum accipit intellectum in primo instanti, cui praesens est essentia divina in se, & propter istud in secundo instanti est sciens illud. Sed nonne aliquo ordine est notitia lapidis in Patre, & Filio? Respondetur, non primo, sed quasi concomitanter propter illud in utraque persona, ad quod concomitatur haec notitia in hac, & in illa, & in illo habent persona ordinem originis. Saltem videtur illud dubium hic ratum, quomodo Filius producit, si Pater prius origine producit illud? Respondetur, primum productivum est primus origo in Patre, quomodo in Filio, sed in illo priori origo non producit, sed tantum cum essentia patri communicata tribus, nec oportet tunc dicere, quod principium, quia sub actu communicatur, & ideo actus communicatur, sed principium prius communicatur, & iam communicatum est sub actu. Contra: Ergo Pater in primo nunc originis non habet principium sub actu, potest concedi, ut est principium originis simpliciter, sed in secundo instanti natura est quidam ordo originis non simpliciter, nec secundum quid, sed quasi concomitanter, ut dictum est supra, videlicet in habendo principium sub actu, quia in habendo sic Pater in primo instanti originis concomitanter habet nosse lapidem, sed illud non est ratio originandi aliquid in Filio.

Sed hoc non videtur sufficere, quia semper videtur dubium, quomodo Verbum potest producere lapidem in esse cognito, & quomodo lapis potest produci a Verbo, cum prius origine producatur a Patre in tali esse:

a Addit.

esse: & tamen Verbum non potest producere Verbum: igitur nec lapidem in esse cognito. Si ista sit ratio ibi, quare Verbum non potest producere Verbum, & quare ponitur communiter, scilicet quia praevincitur jam terminus adaequatus illius virtutis vel vis generativa, ut in Patre. Respondetur, ista propositio, *Omnis potentia praehabens originem terminum adaequatum, antequam sit in alio, non est illi principium producendi*, non est vera, nisi addatur, quod habens illud principium communicatum, non possit esse realiter ante terminum illum: vel nisi addatur, quod ab illo habente illud principium, ille terminus non est secundo productibilis. Ita est in productione simpliciter, quod Verbum habens notitiam eandem cum Patre, non potest esse prius realiter, quam Verbum simpliciter sit productum: nec etiam est aliquid Verbum producibile a Verbo habente notitiam illam. Non igitur autem est in productione creaturarum in esse intelligibili. Sed ista responsio destruit positionem quandam, quae ponitur a multis *dist. 7. 1. ubi* quae ponit, quod Filius non potest generare: non enim illa est tota ratio, quia scilicet memoria ut in Patre, habet terminum adaequatum, sed oportet addere, quod habet terminum adaequatum illi principio, non productibilem ab eo, cui communicatur tale principium, quia si esset producibile ab eo, cui communicatur tale principium: tunc communicaretur ei tale principium in ratione principii ad producendum, & ita eo posset producere. Querendo autem ultra, quare Verbo habenti eandem notitiam cum Patre, non communicatur ipsa memoria in ratione principii productivi: videtur, quod oportet probare (a) per aliud, quam per terminum adaequatum rationi illius principii, ut in Patre.

Quantum ad tertium articulum, intelligendum est, quod in creaturis, si comparatur causa ad duos effectus ordinatos, essentialior est ejus comparatio ad effectum utrumque, quam unus effectus ad alterum, propter dependentiam enim eorum ad causam eandem, ordinate dependent ad invicem: & non e converso, propter dependentiam unius ad alterum, dependent ordinate ad causam eandem. Igitur (b) si per impossibile destruaturs ibi ordo effectuum inter se ordinatum, non propter hoc adhuc est negandus ordo, & dependentia utriusque ad causam, quia propter minus impossibile, non est concedendum majus impossibile, nec propter minus necessarium, est negandum majus necessarium. Exemplum, si ponatur, ignem habere istos duos effectus ordinatos, scilicet calefacere, & ignire, si essentialitas se habeat ignis ad utrumque, & quam igne ad calefacere, & quamvis ignis praesupponat calefacere, & ponatur per impossibile ignem non posse calefacere, non propter hoc negandum est ipsum posse ignire: & ideo obligans scilicet ad tenendum antecedens, non est obligatus ad tenendum consequens. Non enim teneret ista consequentia, si ignis non posset calefacere, igitur non ignire. Nisi per hanc propositionem affirmativam intellectam, *potens ignire, potest calefacere*: quae destruitur ex positione, ubi ponitur per hoc:

ra.

a De hoc vide in 2. q. quilibet. b Ob minus impossibile non est datum majus impossibile, Scot. 1. dist. 8. q. 5. n. 28.

rario ipsius ignis. Nam posse igne, potest stare cum opposito ejus, quod est calefacere. Et ita illud: quod est immediatus igni, quam lit calefacere, quod est igne, potest stare cum opposito ejus, quod est calefacere: quia cum non calefacere ponitur stare igne. Et ita illa propositio destruit talem consequentiam, quia destruit illam propositionem, per quam tenet talis consequentia. Ita ad propositum applicando, potest dici, quod aliquid est in Deo principium productionis intrinsecæ, & aliquid in eo est principium productionis extrinsecæ: ita quod litæ productionis ordinatæ sunt ad idem principium: & quodammodo magis necessarius est ordo utriusque productionis ad causam, quam alterius ad alteram. Si igitur per impossibile ponatur aliquid principium non esse principium productionis prioris, quod ponitur ponendo unam personam esse absolutam, & negando productionem intrinsecam: non propter hoc videtur esse negandum illud principium esse principium productionis extrinsecæ: quia adhuc hoc positum habetur tota ratio principii productionis extrinsecæ: & tantummodo negatur ille ordo productionis ad productionem, qui non ita, sed destruitur per positum. Et ideo si arguatur, ista persona non potest producere intra: igitur nec extra; neganda esset consequentia ad obligato ad antecedens. Non enim illa consequentia tenet, nisi per hanc propositionem, potentia ad aliquid producendum extra præsupponit productionem intra, quæ destruitur per hypothesein. Et ideo videtur, quod causalitas perfecta ex sui ratione, in quantum scilicet dicit comparationem ad productum extra, vel ad productionem extrinsecam non requirit habitudinem ad productionem intrinsecam: licet idem undamque necessario sit ratio, & causa utriusque productionis intrinsecæ, & extrinsecæ; & prius intrinsecæ, quam extrinsecæ. Ex hoc videtur, quod Philosophi non possunt habitudinem in eis: licet enim viderent necessitatem habitudinem creationis, vel productionis extrinsecæ ad efficiens, vel producens; non tamen viderent necessitatem habitudinem creationis, vel productionis extrinsecæ ad productionem intrinsecam: & ideo licet negarent illam productionem intrinsecam, concederent tamen illam productionem extrinsecam.

AD QUÆSTIONEM (a) igitur principalem patet, quod necessitate causalitas perfecta respectu omnium causalium extra est in tribus, & hoc respectu omnium causalium in quocunque esse causalibus: sive simpliciter, sive secundum quid, ita quod non possit non esse in tribus. Tamen si per impossibile esset una persona absoluta, consequenter elicer dicendum, quod in illa persona absoluta simpliciter, esset talis causalitas perfecta, & ita causalitas perfecta ex ratione istius termini, non videtur necessario includere, quod ipsa sit in tribus: sicut nec ex ratione istius termini, includit rationem productionis ad intra, licet illa in re necessario præsupponatur sibi: sicut nec posse igne ex ratione sui, necessario includit posse calefacere, licet in re præsupponatur.

Ad argumenta principalia: Ad Ricard. patet, quod concludit pro

ter-

a *Refut. quæst. primo*

tertio articulo quæstionis. Ad secundum (a) dictum est in simili dist. 1. 2. lib. ubi dictum est (b) quomodo Pater, & Filius sunt unum principium Spiritus sancti: & melius quoad propositum dist. 7. 4. primi libri ubi dictum est de veritate hujus (c), *Deus est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus*: & eadem est supra dist. 100. primi libri de potentia, quomodo est eadem in tribus personis. Ad tertium dico, quod licet aliquid essentialiter sit principium productionis alicujus ad extrinsecam tamen est principium statim applicabile ad actum, nisi ut intelligitur in tribus: quia sicut dictum est dist. 12. primi, illud, quod (d) est principium actuum ordinatorum, non intelligitur esse in potentia proxima ad actum remotum, nisi ut est sub actu priori. Sicut anima nunquam intelligitur esse in potentia proxima ad actum volendum, nisi ut est actu intelligens: quia quando est in potentia proxima volendi aliquid, actu intelligit illud: quia nihil est volitum nisi cognitum. Et ita licet quodlibet essentialiter ad se præcedat aliquo modo notionale: tamen non oportet omne essentialiter sub omni respectu ad extra, posse præcedere quocunque notionale. Ad primum argumentum in oppositum dico, quod personæ divinæ necessario conveniunt in omni operatione ad extra, plus quam substantia, & virtus: quia personæ divinæ unam operationem habent, quæ sunt simpliciter unius operator: tamen si per impossibile illa virtus esset in una persona absoluta, nihil perfectionis deesset sibi, quin perfecte posset producere omne producibile. Ad secundum dico, quod procedit de facto, quod productio præsupponit productionem: non tamen ut formaliter causam suam sub ratione quæ est productio: sed quia principium immediatum comparatur ad unam productionem, quam ad aliam.

## QUÆSTIO SECUNDA.

*Utrum Deus possit aliquid creare?*

Secundo querit, *Utrum Deus possit aliquid creare?* Videtur (e) quod non, quia si aliquid produceretur, quod non prius producebatur: hoc est, quia aliquid aliter se habet nunc, quam prius, istud in proposito non potest poni passum, quia non præstat: igitur oportet agens aliter se habere nunc, quam prius, & per consequens mutari: sed primum agens non potest mutari: igitur, &c. Si dicatur, quod agens sine sui mutatione potest producere novum effectum; Contra, quia agens dat esse, ideo productum, vel passum recipit esse: & non e contra, quia productum recipit esse: ideo producens dat esse: igitur in agente oportet naturaliter præcedere aliquam habitudinem novam ad productum, & non e contrario; igitur & mutationem, quæ non est ponenda in Deo, igitur nec creatio. Item causa semper æque determinata ad agendum, æque videtur agere semper, & esse idem producere: quia

non

a *Q. 1. num. 1.* b *Q. 2. num. 1.* c *Q. 100. num. 4.*  
d *Q. 1. num. 11.* e *Mag. B. & Phys. com. 2. 15.*



non videtur ratio quare nunc debeat aliquid producere; & non alias, si vult alias ita determinata ad agendum, sicut modo; sed si creatur aliquid nunc, aliter aliquo modo se habet nunc, quam prius, & per maiorem determinationem causae ad ipsam nunc, quam prius: ergo causa illa aliquando est magis determinata ad producendum effectum, quam aliter, & sic non est quae semper, & per consequens mutata. Praeterea, secundo (a) de Gen. ratione, *idem manens idem; semper natum est facere idem*: ergo non est aliqua variatio in effectu, nisi prius naturaliter ponatur in causa? Praeterea, si nulla ponitur mutatio ex parte causae, ut modo dicitur magis approximata vel minus approximata, quam alias, vel cum nec possit esse aliquid impedimentum ex parte eius: non videtur ratio, quare nunc agat, & prius non egit. Et si dicas, quod voluntarie agit, & ideo potest agere quando vult; Contra hoc, non videtur ratio quare voluntarium agens aliquando agat, & non alias: nisi quia expectat maiorem opportunitatem agendi tunc, quam alias: hoc autem assignari non potest in primo movente respectu sui effectus: ergo nec quia voluntarie agit, potest agere quando vult. Oppositum Gen. primo. *In principio creavit Deus caelum, & terram.*

Respondet, create est aliquid de nihilo (b) producere in effectu. De autem, licet possit multipliciter sumi, sicut patet per Anselm. *Monol. cap. 8.* uno tamen modo accipitur, ut notat ordinem. Tamen ut notat ordinem adhuc est multipliciter dictum: quia potest notare ordinem naturae, vel durationis. Si primo modo, concedunt Philosophi Deum posse creare, & aliquid de nihilo producere, ut patet per Avic. *6. Metaph. cap. 2.* quare literam ejus. Et intelligit istud de prioritate naturae sic; prius natura potest aliquid dici positive, quia ipsum inest alicui, & prior est entitas ejus, quam illa, quae dicitur posteriori naturae inesse illi sicut est de animalibus, & rationalibus in homine; de substantia, & accidente in composito per accidens; de materia, & forma respectu compositi per se. Alio modo prius natura dicitur esse unum alio, quasi privative, quod scilicet non inest ei, cui dicitur primo convenire: sed inest ei, nisi per aliud impediretur. Sicut si dicitur in materia prius naturaliter esse privatio, quam forma, non quidem, quod ista duo sint simul in materia ita quod privatio prius inest, quam forma: sed privatio pro tanto potest dici prior natura, & prius natura in materia, quam forma, quia privatio semper inest materiae, nisi ab aliquo agente recipere formam: ita quod ad habendum privationem sufficit sola materia cum negatione, vel privatione causae extrinsecae. Ad habendum autem formam requiritur causa extrinseca. Nec tamen privatio est de ratione materiae, sicut nec forma, nec ambo sunt simul in materia. Ita intelligitur in proposito, quod creatura non habet ex se non esse, nec habet ex se esse: nec quod simul sint in ea esse, & non esse: quasi simul sint esse, & non esse: nec aliquo modo habet non esse, quando est: sed quantum est ex se, habet non esse; nisi causa extrinseca suum non esse impedit, dando sibi esse: quia ex sola natura creaturae, non habet esse, cit.

circumscripta omni causa extrinseca dante esse: quia non lo modo habet esse, nisi per causam extrinsecam (a) produceretur in esse: ita quod magis proprie dicendum est creaturam non habere esse ex se formaliter, quam habere non esse ex se formaliter, quia formaliter potest ex se, affirmatur, nec habet esse, ex se, nec non esse. Pro ista opinione sic intellecta arguitur. Agens perfectius, minus praesupponit in agendo quam agens imperfectius: sicut natura minus praesupponit in agendo, quam ars: quia natura praesupponit ens in potentia, & ars ens in actu. Sed Deus est agens perfectius, quam natura, vel ars: igitur minus praesupponit, quam natura, aut ars in sua actione: & ita minus, quam (b) ens in potentia, quod est aliquid secundum a naturam, & ita nihil: & per consequens potest creare. Nam rationem adducunt aliqui ad secundum membrum prout de, notat ordinem durationis: sed ibi omnino non valet: quia est Deus nihil praesupponit in producendo, de quo producat, non tamen sequitur, quod possit producere novum sic. Sicut nec de natura, & arte sequitur ex virtute argumenti, quod quia natura non praesupponit in actione sua ens in actu: igitur potest producere aliquid omnino novum secundum esse in actu, non sequitur. Sed nec ad istud primum membrum valet, quia secundum Philosophos, quaecunque Intelligentia est agens superior, quam agens naturae: & tamen non conceditur consequenter ab eis, licet Avic. concedat, quod Intelligentia possit creare, sive aliquid de nihilo producere. Ideo aliter (c) arguitur ad istud membrum sic: Deus potest immediate aliquid causare, & efficere: igitur potest creare, & aliquid de nihilo facere: igitur potest aliquid immediate facere. Immo antecedens est manifestum, quia Deus est primum efficiens ex secunda distinctio. Igitur (d) potest aliquid immediate facere. Immo si nihil potest immediate facere, tunc nec etiam mediate potest facere aliquid, qui est primum efficiens. Er ita nullum effectum producat. Consequentiam proba sic: quia sic potest efficere aliquid: igitur illud non habet esse ex se necessarium formaliter, & habet esse a causa: igitur habet esse post non esse, secundum intellectum istius membri. Immediat etiam producit nullo alio praesupposito, quia si aliquid aliud praesupponeretur, illud aliud esset effectum ab eo, sicut patet ex dist. 8. primi. Igitur (e) istud non est immediate effectum ab eo. Habemus igitur a primo antecedente ad istud consequens, quod producat aliquid ordine naturae, de non esse ad esse: & nullo praesupposito. Secundum ergo istum intellectum creat. Ita ratio videtur innui ab Avic. *6. Metaph. cap. 2. ubi prius*: notare eam ibi.

De secundo membro, prout ly de, quare ordinem durationis, negatur communiter creatio a Philosophis: quia dicitur Deum necessario producere quiddam immediate productum, & nullo praesupposito: quod autem mediate producat, producat alio praesupposito, de quo producat: quia tunc producat per causas secundas: & ita nec mediatum nec immediatum effectum contingenter producat de nihilo, sic accipiendo de.

Tem. II.

B

Sed

a Aver. 1. h. l. h. com. 69. & 70. b Rigid. quodlib. qu. 4. q. 8. re cum m. 2. q. 2. & h. & Var. dist. praesentis. c p. Me. c. 4.

d Qu. 1.

e Qu. final. &amp; dist. 1. q. 2.

a Tex. com. 56.

b Vide 2. q. 3.

Sed contra istud probatur est *dist. 8. primi lib.* Et tunc est *dist. 39. eiusdem*, quod Deus causat omnia, que sunt ad extra, contingenter. Et ex hoc sequitur, quod non necessarium, & per consequens ne sempiternum, quia Philosophus *9. Metaphys.* videtur concedere omne necessarium esse sempiternum, & contra. Idem etiam videtur innuere, *de Cael. & Mun.* contra Platonem (a) qui concessit aliquid sempiternum e: & tamen possibile non esse. Sed infabul hic rationi, quod non oportet ubi est contingentia in effectu, quod ibi interatur possibilitas ad novitatem, Deus enim contingenter vult. *A. ex dist. 8. 1. lib.* & tamen non potest de novo non velle. A. quia tunc esse mutabilis. Respondens, novitas potest esse in productione divina propter novitatem producti, licet non sit novitas in ipso producendo: quia in productione prima novitas est ex parte producti, sicut patet respondendo ad primum argumentum principale. Sed citca, velle, non potest esse novitas, vel mutatio ex parte volenti, nisi esset aliqua novitas ex parte actus volendi: quia actus volendi idem, & eodem modo se habens, non potest esse alicujus noviter volenti. Voltum enim non habet esse volitum, nisi per actum volendi: & ita non est novum in esse volito, nisi per novum actum volendi. Sic igitur videtur aequaliter sequi quod si Deus possit aliquid contingenter causare, potest etiam contingenter causare aliquid novum: quia non est ratio quare non possit causare non sempiternum contingenter, & sicut potest contingenter causare sempiternum, ex quo non causat necessarium. Quod enim oporteret causam esse sempiternam, videtur sequi ex necessitate causationis, vel ex immutabilitate ipsius causantis: quorum neutrum infert sempiternitatem: igitur possibile est novitas inferri. Arguitur etiam ad istud m. m. b. m. quia si aliquid sit novum, quare a qua causa sit novum? Sit illa causa A. tunc arguo, aut A. eodem modo se habens produxit hoc novum: aut altere. Si eodem modo, habebit propositum: quia ab eadem causa non mutata, potest esse alicuius effectus novus. Si ab A. aliter se habente; quare a quo movente aliter se habuit ad hunc novum effectum producendum? non est processus in infinitum: ergo stabit tandem, quod aliquid erit novum a causa immoformiter se habente. Et confirmatur ratio, quia si potest esse a primo movente (b) hanc pars motus nova, qua nunquam praesuit: quare non potest ita aliquid totum esse novum, cuius nihil unquam praesuit? Sed ista ratio cum sua confirmatione contra Philosophos parum valet, & levi er solveter ab eis. Conclusio tamen vera est, quod ab aliquo agente non mutato, potest esse productum, quod omnino sit novum. In isto tamen membro secundo, scilicet intelligendo *de*, prout dicit ordinem durationis, distingui pot. est de *nihilo*, quod potest accipi pro nihilo omnimodo, vel pro nihilo secundum esse existentia; aliquo tamen secundum esse essentia. Et ponitur ab aliquibus, quod licet Deus possit creare de nihilo secundo modo, non tamen primo modo. Quia non

non potest aliquid producere; quod non est ex parte sui possibile, secundum Avicent. *2. Metaphys.* nihil autem non est possibile ex parte sui: quia non est ratio aliqua, quare unum nihil non esset possibile, & aliud nihil esset possibile. Confirmatur (a) ista ratio, quia in omni creatura est compositio ex actu, & potentia: sic praecedit naturaliter, & praecedit ordine naturae possibilitatis, vel potentialitatis: igitur potentialitas in quacunque re creati, sic praecedit naturaliter, & est prior naturae actualitate: & tunc ista potentialitas non est nihil, sed est alicujus entis secundum aliquod esse, & esse existentia, igitur secundum esse quiddam: igitur. Et hoc ponitur secundum illum modum, qui recitatur *ad distinct. 43. primi*. Ibi enim ponitur, quod per potentiam actum Dei ad se, producit primo res, in esse possibili passive ad se; & tunc ultra potest produci in esse existentia; non tamen nisi prius natura fuerit producta in esse quiddam: & in esse possibili passive. Contra istud est argumentum ibi *dist. 43.* quia non produciuntur res aliqua in esse possibili per omnipotentiam, sed per intellectum, quo produciuntur in esse intelligibili: & quando est in esse intelligibili, non repugnat sibi esse, nec ex se formaliter necessarium, igitur est possibile. Similiter sicut arguitur *ad dist. 36. primi*, contra istud esse essentia, in illud esse, est verum esse, & productio in illo esse vere esset creatio, quia ad aliquid esse simpliciter de nihilo. Igitur illa productio est simpliciter illa a productione rei in esse possibili, quia si res non sit possibilis antequam sit in esse essentia, & produciuntur in isto esse; igitur aliquid produciuntur in aliquo esse aliqua productione, quod non est possibile ex parte sui.

Quantum ad istum articulum dico, quod de *nihilo* id est, non de aliquo secundum esse existentia, potest Deus creare: & per consequens de nihilo, id est, non de aliquo secundum esse essentia. Quia ut probatur est *dist. 36. primi*, nunquam esse essentia separatur realiter ab esse existentia. Tamen non potest aliquid creari, id est, produci ad esse simpliciter de nihilo, id est, nullo modo ente, nec simpliciter, nec secundum quid. Nihil enim creatur, quod non prius habuit esse intellectum, vel volitum: & in esse intellectum esse possibile formaliter, sicut dictum est in prima ratione contra illam positionem: & tunc licet quasi in potentia propinqua, ut potest esse obiectum omnipotentiae, & poni in esse simpliciter. Potest tamen aliquid produci, licet non creari, de simpliciter nihilo, id est, non aliquid secundum esse essentia, nec secundum esse existentia; nec secundum aliquod esse secundum quid: quia creatura produciuntur in esse intelligibili, non de aliquo esse, nec simpliciter, nec secundum quid, nec possibile ex parte sui in isto esse. Illud tamen produci, non est creari, quia non terminatur ad esse simpliciter, sed secundum quid.

Ad primum argumentum principale dico, quod causa potest primo, & immediate aliquem effectum novum producere, absque omni novitate in ipsa. Quod patet per exemplum. Si ponatur Sol semper esse in

a *Tex. com. 101. 103. & 138.* b *Quia ponitur ab eis distinctio in partibus motus, & hinc contingentia. Scot. 1. distinct. 4. & 4. dist. 48. 2. Henr. in summo, 2. 2. 2. & 24.*

a 2, *Periber. circa fin.*

se aequè luminosus, & creetur aliquod medium perspicuum apotxi-  
mum: de novo illuminabit illud: ita quod nihil novum erit in Sole  
ad hoc: quod ab ipso sit nova illuminatio: & si posset ex se ponere me-  
dium perspicuum, & sub lumine, scilicet causat in ipso lumen: ita po-  
neret in esse hoc totum, & scilicet me sicut illuminatum, sine aliqua no-  
vitate in seipso. Et si dicas, hoc non posset, si esse agens naturale, &  
uniformiter se habens: quia tunc semper uniformiter produceret: igitur  
exemplum non valet ad propositum offendendum. Respondeo, verum  
est, quod istud exemplum, quoad hoc valet, quod non oportet pro-  
pter novitatem effectus ponere novitatem in causa: tamen non valet  
quoad hoc, quod effectus possit esse novus a causa naturaliter agente  
& totali: quia tale agens, semper uniformiter ageret, si tale effectus re-  
spectu effectus: agens autem liberum potest eadem volitione antiqua  
effectum novum producere, pro tunc, pro quando vult effectum no-  
vum esse; non enim est necesse, si semper naturaliter vult, & non potest  
de novo velle, igitur vult pro semper tunc. Sicut non est necessarium  
in me, quod si nunc volo aliquid, quod pro nunc velim illud, sed pos-  
sum velle illud etiam pro cras. Et eadem volitione stante sine omni mu-  
tatione a parte voluntatis meae possum illud novum causare cras, pro  
quo volo illud. Et quando arguitur contra istud, per illam rationem,  
quod oportet habitudinem novam aliquam naturaliter praecedere in  
producendo ad productum, & non e contrario, dico sicut dictum est *dis-  
tincti. 35. primi*, & alias frequenter (a), quod ad absolutum in cau-  
sa immediate sequitur absolutum in effectu: & in effectu primo conse-  
quitur respectus ad causam. Et tunc si aliquis est respectus causae ad  
effectum, ille respectus ad effectum est ultimus, & aliquando nullus.  
Cum igitur dicitur, quod quia causa dat esse: ideo effectus recipit esse,  
& non e contrario, dico quod si verum est, quod quia reduplicacionem  
relationis in causa, vel aliquam realitatem novam in causa, si esse rela-  
tivam, sive absolutam, propositio est falsa. Si autem in ellipsis redupli-  
cacione actum primum causae, qui praecedit naturaliter causatum, & illo  
modo propositio est vera: absolutum enim in causa praecedit naturali-  
ter causatum.

Et si dicas, quod non tantum, quia est absolutum causat, quia si-  
militer tale est, scilicet absolutum, quando non causat. Dico, quod  
in illo instanti, in quo causat, adhuc causat ut prius naturaliter ipsa  
causatione: & ut sic nihil intelligitur nisi absolutum, a quo ponitur  
ipsum causatum in esse. Et ideo nihil potest accipi cum hoc causa hu-  
jus, quod est causati, nisi illud sit prius, nec respectu huius instantis,  
nec respectu alterius. Fallit autem imaginatio, quia semper videtur,  
quod causa sit indeterminata usque ad illud instanti, quando causat:  
& tunc quod aliqua relatio determinans ipsam ad effectum, primo re-  
quiratur a parte ejus, quod falsum est. Illud enim idem absolutum,  
quod

a Et *dist. 30. Q. 43. ejusdem Ad absolutum in causa, immedia-  
te sequitur absolutum in effectu. Scoti. 1. dist. 3. qu. 2. ad arg. prim.  
& dist. 3. qu. 6.*

quod in causa praecessit, eam natura, quam duratione ipsum effectum  
productum, vel causatum, est etiam in ea in illo instanti prius natura-  
liter, quam causet: & secundum illud absolutum, secundum quod  
prius iuit causatum, est nunc causans, & non secundum aliquid ad-  
ditum, neque absolutum, neque respectivum. Ad secundum patet per  
idem, quia causa aequae determinata ad producendum aliquid produ-  
cit, quantum est ex parte sui: potest quandoque producere, & quan-  
doque non producere. Quia sicut in naturalibus, causam determinatam  
ex parte sui, est ipsum habere formam, qua causat: ita in liberis, causam  
est determinatam est ipsam habere volitionem respectu volibilis.  
Et sicut ibi forma habet potestatem antequam effectus causetur, si tunc est  
impedimentum extra, vel absentia passiva, ita quoque hic potest volitio  
haberi, antequam volibile habeatur: & prius natura, & duratione.  
Ad tertium d. Philo. 2. de *Generat. dicit*, quod Philosophus intelli-  
git de agente naturali, sicut patet per eum ibi. Ad quartum dico, sicut  
dictum est *dist. 8. primi*. Indisciplinatum est querere omnium demon-  
strationem, secundum Philo. 4. *Metaph. Principiorum (a) enim dem-  
onstrationis non est demonstratio*: & eodem modo in contingenti-  
bus. Alioquin esset processus in infinitum in contingentiis: quia con-  
tingentia non sequuntur ex necessitate. Et ideo ista voluntas Dei, qua  
vult hoc, & producit pro nunc, est immediata, & prima causa, cujus  
non est aliqua alia causa querenda. Sicut enim non est ratio quare vol-  
litur naturam humanam in hoc individuo esse, & esse possibile, & con-  
tingens: ita non est ratio, quare hoc voluit nunc, & non tunc esse,  
sed tantum quia voluit hoc esse: ideo bonum iuit illud esse. Et que-  
rere huius propositionis, licet contingens, immediate causam, est  
querere causam, sive rationem, cujus non est ratio querenda. Et cum  
dicit de expectate, verum est, quod ipsa voluntas, qua habet bonita-  
tem ex ipso volibili, quia, si est recta, vult volitum statim esse: nisi sit  
aliqua ratio, propter quam velit aliquid aliud esse: & tunc expectat  
illud aliud esse tempore opportunitatis, sed voluntatem, qua nullam  
habet bonitatem ex volito, sed e converso: non rationem habet quare  
nunc vult aliquid, sicut nec absolute rationem habet quare hoc velit,  
non oportet aliam opportunitatem in volito expectare. Quod argue-  
batur pro secunda positione de esse essentiali, patet responso per dicta  
prius. Concedo enim, quod omne creatibile, si prius erat possibile creari  
ex parte sui: Sed ita possibilitas non inveniatur in aliquo esse simpliciter,  
sed in esse cognito. Ita quod esse cognitum, concomitatur possibi-  
litas ad esse simpliciter: licet totaliter esse cognitum non sit esse  
possibile: quia esse cognitum est esse in actu, sicut secundum quid; sed  
esse possibile est esse potentia ad esse simpliciter, & non in actu. Nec  
tamen esse in potentia, est esse simpliciter: sed est fallacia secundum  
quid, & simpliciter; sicut nec tutum esse, est esse simpliciter, nec esse  
praeteritum, est esse simpliciter. Sicut enim (b) praeteritum in esse simpli-  
citer,

a *Quest. ult. Text. co. 1. Q. 2. Post. text. co. 6.* b *Huius sen-  
tentia contradicit Frang. in Consta. d. 4.*

citer, non inferri esse simpliciter: sic nec futurum esse, in esse simpliciter, inferri esse simpliciter: igitur nec multo magis posse esse simpliciter, inferri esse simpliciter. Quia posse esse, videtur esse remioris ab esse simpliciter, quam fore. Per idem ad aliam rationem de compositione ex actu, & potentia. Licet enim concedatur potentiam, scilicet objectivam, præcedere actum, non tamen ipsa est in aliquo actu reali: licet sit in aliquo esse cognito, secundum quod conceditur esse cognitum, non tamen est formaliter esse cognitum. Iam tamen ratio non valet, quia compositio non est ex potentia objectiva, & actu retinente: sed alio modo est ipsa compositio, sicut dictum est *dist. 9. primi.*

### QUÆSTIO TERTIA.

*Utrum possibile sit Deum producere aliquid aliud a se sine principio durationis?*

**T**ERTIO queritur, *Utrum possibile sit Deum producere aliquid aliud a se sine principio durationis?* Videtur quod sic, Philosophus 1. *Physicorum*. probat, quod materia est ingentia; & incorruptibilis; alioquin esset processus in infinitum in materis. Igitur materia, vel non fuit producta; vel fuit producta sine principio, & hoc est propositum; vel si non, saltem aliqua forma fuit in ea producta sine principio: quia materia nunquam fuit sine forma: igitur, &c. Præterea, tempus secundum (b) Philosophum 8. *Physicorum*, & 12. *Metaphys.* est sine principio. Quod probari videtur ex hoc, quia si non, igitur prius potuisset fuisse tempus, quam fuit; vel prius esse, quam esset. Sed ante est distincta a temporis: igitur ante tempus fuit tempus. Tertio sic, secundum Philosophum primo de Generatione: *Generatio antea est corruptio alterius (c)*: igitur nunquam fuit aliqua prima generatio: & per consequens sine principio sunt aliqua generabilia. Item causa non agens per motum, & non impediibilis, potest habere effectum sibi coævum, sicut apparet in creaturis: igitur, &c. Contra, Augustinus (d) ad Felicianum assignat distinctionem creaturæ, & dicit, quod creatura est ex eo, quod omnipotentis Dei voluntate, *ex non esse ad esse producta est ejus substantia*; sed si de ratione creaturæ est producti ex non ente: igitur impossibile est eam produci sine principio. Præterea, qua ratione Deus potuisset produxisse unum sine principio, & aliud, & ita essent producta actu infinita in multiplici, potuissent etiam aggregasse omnia lapides, qui postea fuissent: & ita infinitum mole fecisse: sed tam infinitas in numero, quam in mole improbat 3. *Physicorum* (e).

Hic dicitur quod Deus potuit producere aliquid aliud a se sine principio: quia ipsum non potuisset hoc fecisse, scilicet produxisse aliquid sine

sine principio, non potest demonstrari, nec per medium extrinsecum, nec per medium intrinsecum, nec per medium extrinsecum, quia illud est voluntas Dei, cujus non potest sciri, nec haberi ratio, quare magis vult hoc esse cum principio, quam sine principio. Nec per medium intrinsecum, scilicet per quod *quid est ipius factibilis*: quia *quod quid est*, abstitit ab *hic*, & *nunc*: ergo non est ratio demonstrandi *hic*, & *nunc*. Item, quodlibet aliud a Deo factum esse ex tempore, est articulus fidei, ergo ad hoc non expedit fieri demonstrationes, nec propter fideles; nec propter infideles. Immo videtur periculosum: quantum ad fideles quidem, quia sic evacuetur meritum fidei, ut videtur. Nec quantum ad infideles, quia tunc possent non arguere, quod talia crederemus propter demonstrationes: & sic tenerent nos esse sine fide, & si videretur eis demonstrata, sicut quibusdam fidelibus videntur, possent deridete infideles, quod propter talia crederemus. Præterea tertio, Augustinus. 6. de *Trinitate* cap. 1. dicit, quod si ignis esset æternus, splendor ab eo causatus sibi esset coæternus. Et ex hoc arguitur efficaciter pro ista opinione, ut videtur, quia consequentia Augusti est naturalis: alioquin non valetur contra Arium ad probandum coæternitatem Filium patre: non autem potest tenere, nisi ex perfecta ratione causæ, & causati: igitur sicut sibi inter se perfecta causa naturaliter agente coæternitatis necessitas: ita ex perfecta causa voluntarie causante, potest inter se possibilis coævitas effectus limitari ad causam liberitatem: quia non videtur esse differentia inter agens naturale, & liberum, nisi in contingente, & naturaliter agente. Non est autem differentia in posse agere, & non posse agere, quia quidquid potest naturale agens agere, & liberum: & non differunt nisi in modo causandi. Et illud argumentum potest multipliciter replicari, quia nulla conditio perfectionis in secunda causa reperitur, quacumque positio facta, quæ non sit in prima causa, ut causa: sed perfectionis est in aliqua causa secunda habere effectum sibi coævum: & ex hoc si esset æternus, vel coæternus effectus sue causæ, perfectio esset in causa: igitur &c. Aliter etiam deducitur, & est quasi idem: quia modus causandi, non formaliter variat ipsum causatum secundum Ambrosio, de Incarnatione Verbi: sed si Deus naturaliter causaret, necessario causaret, & posset causare effectum sibi coævum, & coæternum: igitur si modo voluntarie causaret, licet non necessario causet, poterit tamen causare effectum sibi coævum. Et si dicitur Augusti, intelligere de splendore immanentis igni, qui non est formaliter causatus ab eo, contra est litera sua, quæ dicit, *Splendor ab eo genitus, aique diffusus*. Eandem etiam sententiam dicit Augusti. super Io. homil. 26. de virgulto, & imagine ejus in aqua. Certum est autem, quod imago si esset, esset causata, & genita a virgulto. Præterea quarto (a), quicquid non repugnat limitationi, non repugnat creaturæ, si est aliqua entitas: sed quæcumque duratio non repugnat limitationi: quia non est perfectius, quod durat per decem annos, quam quod durat per unam diem: igitur videtur, quod in-

a Mag. C. Arg. 1. *Tex.* cap. 2. b Arg. 2. *Tex.* 10. & 11. Ten. 10. c Arg. 3. *Tex.* 17. & 20. & 2. Mei. 7. d Rat. ad opp. e *Tex.* 37. & 61. *Opinio* D. Tho. 1. p. sum. q. 46. ar. 2. & in 2. *dist.* 11. q. 2. & bo. *dist.* *præf.* 1. q. art. 2.

finita duratio non poneret majorem perfectionem in creatura, quam minor: & per consequens non ponit repugnantiam eam semper fuisse sine principio. Item, creatura ita tendit in non esse, quantum est ex se si semper esset, sicut si non semper esset: & hoc quia est ex nihilo: sed absque contradictione potest aliqua creatura tendere in non esse, & tamen semper esse, sicut patet de Angelo, & anima: igitur absque contradictione potest semper fuisse, & tamen quantum est ex se habuisse non esse. Item, August. 10. de Civit. cap. 13, dicit: quod si pes ab aeterno, vel ex aeternitate fuisset in potestate, semper ei subesset vestigium: quod tamen vestigium a calcante velo factum, nemo dubitaret: nec alterum altero prius esset, quamvis alterum ab altero factum esset. Item ibidem lib. 11. cap. 4. Mudo quodam vix intelligibili, Philosophi dixerunt mandum esse factum: & tamen non habere principium durationis. Igitur ille modus si est vix intelligibilis, est intelligibilis: & ita non includit contradictionem alii: videtur tamen, & si sine principio. Confirmatur etiam, quia non videtur probabiles, quod tam praedicti Philosophi, & tam diligenter veritatem inquirentes, & tam perspicaciter rationem terminantur conscientiam, non viderent contradictionem ineluctam, si fuisset inclusus in terminis. Et confirmatur etiam (a) secundum Philosophos, quod non sit ibi contradictio, quia non solum Naturalis considerat quatuor causas, sed etiam Metaphysicus, sub prior tamen, & communiori ratione: efficiens ergo in plus est, quam movens, vel mutans: & per consequens potest dare esse sine motu. Primum igitur efficiens potest dare esse absque hoc, quod det esse non motum, vel mutationem: & ita absque hoc, quod det esse novum post non esse.

Item, motus est effectus coevis (b), & coevis ipsius primi movens: igitur prius aliquid esse productum, vel effectum a primo esse, nec prius coevis, vel coevis.

Contra istam positionem arguitur (c), quod includit contradictionem, aliud a Deo fuisse sine principio: quia de omni producto, aliquando verum est, vel aliquando erit verum dicere, quod productum est de Filio Dei in aeternitate producto, vere potest dici, quod producatum in aeternitate. Creatura igitur aut semper producatum, quando est, aut aliquando producatum, & non semper (d) si secundo modo, in illo instanti, in quo sic producatum, primo capit esse, tunc patet propositum, quia quod primo capit esse, habet principium. Si primo modo, igitur creatura est in continuo fieri, quod videtur inconveniens: quia tunc non esset permanens. Videtur etiam quod tunc non differret creati a conservari, quod improbat dupliciter. Primo, quia creati est producti de non esse ad esse: conservari autem est ipsius praehabiti esse: & ita creati non est conservari. Secundo, quia agens particulatè generat, & non conservat: igitur ubi ambo concurrunt in eodem, aliud est unum, &

aliud

a Averr. 2. Met. com. 31.

b Addit.

c Henr. quod. 1. qu. 7. & 8. & quod. 9. qu. 12. arguit contra D. Th. ex dictis eius.

aliud est alterum. Et addit hinc rationi, quia creatura habet esse acquisitum, & per consequens esse post non esse, alias esset Deus. Secundo (a), arguitur, omne quod est, quando est, necesse est esse. Perhinc, igitur nihil potest non esse, nisi quia potentia praecedat esse ejus, per quam potest impediri ejus esse. Sed si esse alicui fuit ab aeterno a Deo, nulla potentia praecessit esse ejus a Deo: ergo non potuit non esse a Deo. Instat sibi, quia praedestinatus potest salvari, & non salvari (b): ergo a simili de facto ab aeterno, possibile est ipsum fuisse, & non fuisse. Respondit quod praedestinatio respicit rem extraproprio certo modo, pro quo sollicitus res potest non esse, & ita non praedestinari: quia praedestinatio correspondet naturae rei. Sed dare esse alicui ab aeterno, respicit potentiam pro infinita aeternitate, in qua nulla est potentia ad oppositum, & ita nec in actu essendi. Confirmatur, quia in perperis (c) non differret esse a posse. 3. Phys. & 9. Metaphys. cap. penult. igitur nullum sempiternum est in potentia. Praeterea, tertio arguitur idem alibi hic. Quaelibet species aequa est in potentia ut sic, comparando ad Deum ut dantem esse: igitur sicut Sol potuit fuisse ab aeterno, ita & animus, & hic perfectus potens generare: & ab illo potuit fuisse omnes animi alii generati, qui sunt, vel fuerunt usque ad hunc diem modo geniti. Et tunc quaero, utrum omnes fuissent tempore finiti, aut infiniti? Si finiti, igitur totum tempus ab illo usque ad istum, fuisset finitum? Si infiniti: igitur postis extremis, potuissent media fuisse infinita actu, quod est inconveniens. Praeterea (d) quarto arguitur hic: Creatura ab aeterno possibilis est esse, & possibilis est non esse: si ergo ponatur in esse, habet illud esse acquisitum: ergo duratione non esse suum praecessit suum esse novum, vel acquisitum, vel format eam sicut solvendo locinatur, & ponitur prolixè nimis in quodlibet. 8. quast. 9. Item, arguitur pro ista opinione, quod sequitur fuisse infinitas animas intellectivas, si potuisset mundus fuisse sine principio. Praeterea, contra rationem infiniti in quantitate est ipsum posse excedi, vel esse toto liter acceptum, sicut patet ex definitione ejus 3. Physicor. infinitum est (e), cuius quantitatem accipientibus, semper est aliquid ultra sumere: sed si mundus potuisset fuisse ab aeterno, & sine principio, infinita duratio fuisset accepta: igitur nihil fuisset ulterius accipiendum. Nec valet responsio illa, quae dicit, quod fuissent infinita in potentia, & semper (f) in accipiendum quantum ad signationem intellectus, & non in accepto esse: quia signatio intellectus nihil facit ad hoc, quod infinitum ite acceptum actu: licet nullus intellectus fuisset, qui signaret patres istius temporis infiniti. Item arguitur, quod pars esset major toto: quia sit merities huius diei A. & merities crastinae diei sit B. si ex utraque parte A. potuit esse tempus infinitum, pari ratione de praeterito respo-

tu

a Cap. ult. b Henr. quod. 8. qu. 8. c Tex. com. 38. Tex. co. 12. d Ratio 4. Vide in fi. de sens. & sens. cap. 2. e Tex. com. 60. 62. 63. f A. secundum imaginationem intellectus.

Et B. ad futurum respectu B. ergo quocumque prateritum ad B. est majus, eo futurum ad B. quod est aequale praterito ad B. est majus, quia sunt aequalia: sed praterito ad A. est majus pateritum ad B. licet totum pars: ergo futurum ad B. quod est aequale praterito ad B. est majus praterito ad A. sed futurum ad A. est aequale praterito ad A. licet futurum ad B. est majus futuro ad A. & ita pars major toto. Aliæ rationes possunt multe adduci, aliquæ sunt sophisticæ, & aliæ multe sunt lapsæ.

**Præterea:** Omnis permanens (a) sempiternum est formaliter necessarium, nihil aliud a Deo est formaliter necessarium, igitur &c. Probatur major, quia permanens habet totum esse suum simul, ita quod si perpetuo maneat, nullum novum esse recipit, igitur nunquam habet, quod repugnat aliquando non esse, igitur nunc habet necessarium esse. Probatio minoris, quia quod includit esse actus, est de se hoc. Præterea, quando actus determinatus necessario consequitur actum, si potest ostendi necessitas prioris, & posterioris; actus autem respectu cuiuscumque alterius a se, necessario consequitur actum determinatum intellectus divini circa idem, & necessaria ratio potest ostendi actus determinatus intellectus divini circa istud: igitur & voluntatis: igitur & creatio, que consequitur determinationem voluntatis. Prima pars minoris probatur per simile de sensu, & appetitu sensitivo. Aliter probatur, quia velle obiectum præsupponit actum intellectus divini circa idem obiectum, qui actus est rectus, & actus recto non potest illa voluntas non concordare, quia tunc esset non recta. Secunda pars minoris probatur, quia quod sequitur ad causas naturaliter causasque, potest necessario concludi ex illis, sed actus determinatus intellectus sequitur ad tales causas, quia causa illius actus sunt tantum obiectum, & intellectus, & nullo modo voluntas, quia tunc haberet actum circa non intellectum. Aliter probatur secunda pars minoris, quia sicut se habet principium in speculabilibus, ita finis in agibilibus, sed ex principio est speculativa necessaria cognitio in omnibus aliis, igitur ex fine est necessaria cognitio practica de his, que sunt ad finem.

**Præterea:** Omnis essentia alia a Deo est finita, & non purus actus, igitur secundum Theologum est in potentia ad esse, & pari rationi materialis: igitur prius est in potentia, quam in actu quasi mediatæ. & ordo natura inter impossibilia simul habet ordinem durationis. Præterea: Quanto habitu determinata ad aliquid magis necessario, & immediatius consequitur essentiam: tanto per essentiam (ut per medium) magis potest ostendi talem habitum determinatum, sed habitus ad personam efficientem magis necessario, & immediatè consequitur essentiam aliquam, quam alia habitus determinata ad posterius, quia ad primum essentialiter dependet, ad posterius non, sed habitus ad posterius determinatus

& non

& necessario concluditur per essentiam, sicut per rationem propriam, igitur magis ostenditur habitu ad primum determinata: Sed creatio dicitur tale in habitu determinatum, quia determinatum acceptationem esse a tali causa; (a) igitur &c.

**Præterea:** Per essentiam necessario concluditur illud, sine quo essentia esse non potest, talis est dependentia ad primum efficientem, creatio autem est communis omni alteri a Deo, dicitur huic respectum, & non alium, quia alius non diceret conceptum per se unum.

**Præterea:** Creatura non dependet minus in actu reali, quam cognitio, sed necessario ratione concluditur exemplatio passiva consuetudinis exemplari, quia, quod si Deus agens per cognitionem, quia primum ordinans, patet igitur. Præterea, Necessario ostenditur quomodo voluntas divina se habet ad quidditates, igitur, & quomodo ad existentiam. Antecedens patet, quia complexio in participatione sue bonitatis; probatio consequentia, quia existentia æque perfectam habitudinem habet ad primum obiectum voluntatis divini sicut essentia.

Tenentes illam positionem potissime (qui ponunt eandem impossibilitatem esse ex parte speciei cuiuscumque, & cum in aliqua specie, sicut in successivis, omne quod est acceptum, videtur esse finitum, licet totum sit infinitum in accipiendo partem post partem) respondent ad rationes primæ opinionis.

Ad primum, licet non possit sciri naturaliter voluntas Dei, an sit respectu hujus: tamen naturaliter potest sciri, quod ipsa non est altitudo, quod non est ex se possibile: & ideo illud includit contradictionem: & per consequens impossibilitatem voluntas autem divina non est ejus, cuius non est ratio. Sed tunc oportet ponere non volubilitatem ex parte obiecti, sicut impossibilitatem, ex 43. *distincti. primi.* Et tunc cum arguitur (b), quod quod quid est non est medium demonstrandi esse hic & nunc: dicitur, quod est illud verum sit: tamen creatura potest esse medium demonstrandi inceptum existentie ejus. Contra hoc, quia medium illud, per quod demonstrabitur inceptio existentie, non potest esse quod quid est secundum istos; igitur existentia: & tunc videtur illa ratio dupliciter peccare: primo secundum fallaciam consequentis, quia existentia in minor non infert existentiam actualem novam. Secundo, quia præmissis, in qua applicatur existentia ad lapidem, erit contrarius; & ita demonstratio illa non erit multum probabilis, sed sophistica. Ad argumenta tamen potest responderi, quod licet, quod quid est contingenter se habet ad existentiam actualem, vel non actualem; & ideo non sit medium demonstrandi existentiam absolute, nec aliquam conditionem existentie absolute; alii tamen quod quid est potest repugnare aliqua conditio existentie; & ideo potest esse medium demonstrandi, ita quod existentia

sub

<sup>a</sup> A. l. acceptationem.    <sup>b</sup> Unde possibilitas rei. Vide Scot. *dist. 43. Henr. quod. 1. q. 8.*

suo tali conditione potest demonstrari per *quod quid est ipsius*: sicut quid sit lapis, licet in se non includat existere: tam n. sibi repugnat ex se esse increatum: & ideo ex ratione hujus quidditatis potest concludi, quod non habet esse increatum, nec sempiternum. Ita dicendum est in proposito secundum istam positionem; quod lapidi repugnat existere sempiternum, & ideo ex quidditate lapidis potest demonstrari, quod non habet esse sempiternum, & ideo ex hoc ultra, non absolute, quod habet esse novum: sed si est, quod habet esse novum, quod est proprium. Aliter etiam peccat ratio, ut videtur secundum illam *Contingentiam*. Non enim sequitur oppositum hujus non potest demonstrari, igitur illud est possibile. Sed est illa *Contingentia*. Nam prima impossibilia sunt impossibilia ex terminis, sicut opposita eorum, scilicet prima necessaria, sunt necessaria ex terminis, licet eorum opposita non possint demonstrari, quia sunt prima vera. Sed oportet ad ista antecedens: *Oppositum non potest demonstrari*, addere, quod oppositum non est necessarium primum, sive novum ex terminis, & forte illud negaretur ab aliquibus in proposito, licet illa necessitas oppositi ex terminis latens sit, & non videtur cuicumque intellectui, consue concipiunt terminos.

Ad secundum dici potest, quod si sint rationes aliquae necessariae pro creditis, non est periculosum eas adducere: nec propter fideles, nec propter infideles: non quantum ad fideles, non enim Doctores Catholici inquirentes veritatem eroditurum per rationes, & nitentes intelligere illud, quod creditur, per hoc intendebant destruere meritum fidei: immo August. & Anselm. crediturum meritorie laborare, ut intelligerent, quod creditur, secundum illud *Ita. 7.* secundum aliam translationem. *Nisi credideritis, non intelligetis*, Credentes enim inquirebant, ut intelligerent ea, quae crediturum, per rationes. Si autem demonstrationes, haeque possent haberi, evacuarum fidem, vel non de hoc in lib. 7. de materia fidei; nec periculosum est quantum ad infideles, si rationes necessariae possent haberi: & si non possunt haberi rationes necessariae ad probandum esse factum, scilicet, articulum fidei; si tamen haberentur ad probandum possibilitatem facti, etiam utile esset eas adducere contra infidelem: quia per hoc aliquatim persuaderetur, ne resisteret talibus credentibus sicut impossibilibus. Adducere tamen sophismata pro demonstrationibus, periculosum esset contra infideles: quia ex hoc exponeretur fides derisioni, & ita etiam est in omni materia alia, etiam indifferenti, ut in geometricis, si sophismata tanquam demonstrationes proponerentur. Melius est enim ignorantem se scire ignorare, quam propter sophismata opinari se scire. Illi autem, qui dicunt partem oppositam, dicunt se non adducere sophismata, sed rationes necessarias, & veras demonstrationes: & ideo nullum praesudicium videntur facere fidei, nec respectu fidelium, nec respectu infidelium, sed magis confirmare eam huiusmodi rationibus. Ad tertium dico, quod licet dicatur ibi multipliciter adduci esse multas rationes, propter quas illatio sit necessaria: & ita multi loci sumpti ex multis ratio-

nibus

nibus talis consequentis in ipso antecedente, & ideo ubique aliqua illarum rationum, sive aliquis illorum locorum inveniri potest, similis illatio inveniri potest, & inferri. Exemplum, homo currit, ergo animal currit, sequitur bene per locum a specie: & non solum hoc, sed etiam per locum communiolem, quia per locum a parte subjectiva, & non tantum ubiqueque est illatio speciei ad genus, est bona consequentia: sed & ubiqueque est argumentum a parte subjectiva ad totum, est bona consequentia. Et possit ponit aliud exemplum, ubi plures rationes inferentur concurrentur: sed illud sufficit ad propositum, quod sequitur, ignis est in hoc *nunc* non impeditur: igitur lux est, locus est a causa naturaliter causante non impedita, & non solum hoc, sed etiam a ratione quadam communiore in antecedente potest ista consequentia tenere, scilicet, a ratione productoris naturaliter, & non impediti. Non enim tantum causa causans naturaliter non impedita, habet causatum sibi coarvum, 2. *Physic.* sed etiam (a) productus naturaliter habet productum sibi coarvum, sicut est manifestum per similem rationem. Ubiqueque igitur est similis ratio inferendi, non tantum secundum illam rationem generalem, sed etiam specialem, erit consequentia necessaria, & naturalis. Et ita dico etiam exemplum bene est ad propositum, quod si ignem esse ab aeterno, inferat, si splendorem diffusum esse ab aeterno per rationem productoris naturaliter, licet antecedens hoc fuerit impossibile, & incompossibile, & consequens similiter, consequentia tamen est necessaria, & bona. Igitur ubiqueque est illa ratio illationis, erit consequentia bona, & necessaria, quomodo cumque sit de antecedente, & consequente. Sed ista est hic de Patre, & Filio, quia Pater est productus naturaliter respectu Filii: igitur ibi erit similis consequentia bona, & necessaria. Per hoc patet ad confirmationem illius rationis, quod nulla perceptio tollitur a prima causa, quae potest esse in secunda: posse autem habere causatum simpliciter necessarium, non est perfectionis in causa secunda; immo hoc nulli causa secunda convenit, ut dicitur *est. 2. primi*, licet aliqua causa secunda hoc habeat secundum quid: Simpliciter enim necessario causare includit contraditionem; & ideo hoc nulli causa secunda convenit. Nec ex hoc tanquam ex impossibili inferendo quodlibet ex parte ignis, atque (b) August. fed ex ratione communiore arguit August. scilicet ex ratione productoris, quod non includit contraditionem, & hoc sufficit ad rationem suam. Per idem patet ad illam aliam rationem, quod diversus modus causandi, non variat causatum formaliter, verum est de diversis modis causandi, qui possunt esse causa in aliqua causatione. Sed si unus modus in causando sit possibilis, & alius impossibilis, secundum modum possibilem causatum erit tale, & secundum modum impossibilem causatum erit aliud: sicut ex impossibili sequitur impossibile naturaliter tamen consequentia: Ita dico, quod naturali consequentia sequitur, quod si naturaliter causaret, quod necessario causaret. &

coo-

a. *Tex. cap. 32. § 38.* b. *Quaest. 1. de diff. & ejusd. qu. ult. 2. distinct. 39.*

coertere: sed iste modus causandi includit contradictionem ad ipsam causam. Alius autem modus causandi, scilicet libere, composibilis est cause: & ideo non tollit composibilitatem in antecedente, & consequente. Ad quartum dicitur aliquis pro ista via quod sempiternum esse includit aliquam illam rationem: quia includit adequari Deo secundum aliquod, scilicet secundum illimitationem durationis, quod non posset esse sine illimitatione entitatis: quia non posset sibi adequari in aliquo non fine alio. Sed hoc nihil est, quia etiam coexistens Deo hodie, non propter aeternitatem, cui coexistit hodie, quia etiam aeternitas non coexistens huic diei, est infinita & independens; & creatura, ut hodie coexistens aeternitati, est finita; & dependens, & ideo non comparatur sibi. Oportet igitur dicere quod sempiternum esse aliquam illimitationem dicit in creatura; et unde repugnet sibi, sed unde sit illa illimitatio, & repugnantia, quolibet ostendat per illam rationem fundamentalem, quam pro se ponetur. Ad quintum responderetur dicendo ad oppositum, quia sicut creatura non potest actualiter rendere in non esse, & tamen semper fore; ita non potest actualiter fuisse post non esse, & tamen semper fuisse. De ratione autem creaturae secundum illam positionem non tantum est habuisse non esse ante esse aptitudinaliter: sed etiam actualiter ante esse habuisse non esse. Ad auctoritates dico, quod auctoritas Augustini. 10. de Civ. Dei, non est secundum intellectum suum sibi posita; sed ponit eam secundum intellectum Philosophorum, unde praemisit sibi de Philosophis. Sic enim inquit, *Si per esset in pulvere ab aeterno, &c.* Unde secundum veritatem, pedem semper fuisse; & causasse vespitium in pulvere, includit contradictionem, quia vespitium causatur per impressionem pedis in pulvere per motum localem: & ita motum aliquem talem fuisse sine principio, qui de ratione sua est inter opposita, contradictio est. Ad illud de vix intelligibili dico, quod contradictoria possunt apprehendi ab intellectu, & etiam simul apprehendantur: alioquin nullo modo intellectus diceret ea esse contradictoria, sicut generaliter patet ex argumento Philosophi (a) secundo de Anima, ubi probat de sensu communi, & aliis sensibus particularibus, quod nullus sensus nec intellectus comparat extrema; nisi apprehendat utrumque: sed sic apprehendi est vix intelligi, quia non est intelligi cum assensu: quo modo dicimus nos intelligere, quod credimus esse verum, & non intelligere quod non credimus esse verum, licet tamen apprehendamus illud.

Vel alter potest dici, quod si accipiatur *intelligibile* pro eo, cui intellectus potest dici, & dicatur modus istorum Philosophorum fuisse vix intelligibilis: potest exponi, quod in suo universalis, modus ille fuit intelligibilis, non autem in se, & in particulari. Intelligibilis enim erat cum assensu in ratione producentis, & non in ratione causantis: & intelligere causans in ratione producentis, est intelligere causans imperfecte etiam in universalis: sicut intelligere hominem in ratione animalis, est intelligere hominem imperfecte.

Vel

Vel tertio modo potest dici, (& forte ad mentem eius) quod contradictoria latentia, quamvis non percipiatur contradictio videns in eis, possunt aliquo modo apprehendi ab intellectu: non tamen certitudinaliter, & ita contradictio ista si est, tamen latuit, & potuit ab eis vix intelligi. Ad aliud; quod additur de Philosophis, potest dici, quod multas contradictiones latentem concesserunt. Sicut negaverunt communiter esse aliquid primum principium contingenter causans, sed dixerunt primam causam esse necessario causantem; & tamen dixerunt contingentiam esse in entibus, & aliqua contingeret fieri: sed contradictionem necesse aliquid contingenter fieri in entibus; & primam causam necessario causare, sicut deductum est distincti 9. primi, & distincti 2. & 39. ejusdem, & aliquantulum in quaestione precedente.

Ad illud quod additur de quatuor causis, quae considerantur a Metaphysico, potest dici, quod probat abstractionem secundum intellectum efficientis a movente, & mutante: non autem omne abstractum secundum considerationem intellectus, oportet posse separari secundum esse ab eo, a quo potest fieri abstractio secundum intellectum: & ideo ex hoc non sequitur, quod in re sit aliquid efficiens, quod est movens, vel mutans.

Ad illud de motu, & primo movente, potest negari antecedens loquendo de primo, ut primo: licet non ut movente, ita quod divinum sit falsum, licet contrarium sit verum.

Tenentes autem primam opinionem, potissime propter hoc, quod non invenitur contradictio in illis terminis, *aliud a Deo, esse sempiternum*: & secundo propter hoc, quod rationes, quae videntur probare contradictionem sunt speciales, & ideo si de aliquo speciali probent contradictionem; non tamen probant hoc de omni alio a Deo, & tertio, quia quardam rationes sunt de praeterito, quae videntur similiter posse fieri de futuro sicut de praeterito, cum tamen nulli negent possibilitatem futuri sine fine: aut possent fieri de successione sicut de permanentia. Ibi respondent ad rationes contra istam opinionem, quae probant contradictionem. Ad primam dicunt, quod creatura aliqua potuit semper producta fuisse, ad primam Angelus, cuius esse est in aeterno. Et si dicas, quod creatura illa aliquando fit; concedetur, quod illa fit in instanti aevi. Et cum inseratur, quod tunc esset non successivum, non sequitur; quia Filius Dei semper generatur, & tamen non est aliquid successivum, sed summe permanentis: quia idem instans, in quo generatur, semper manet. Ita dicent isti, quod idem nunc manet, in quo Angelus accipit esse: & ideo non est successivus, successiva enim semper aliam, & aliam partem accipiunt sui esse. Ad aliam probationem de *conservari, & creari* (b), patet in quaestione de aeterno. Ad illud additum de esse acquisito, concedunt, quod habet esse acquisitum: quia non habet esse quod ex se sit formaliter necessarium. Tamen non vident necessarium, quod sit acquisitum post non esse: quia acquisitio, sicut & receptio, videtur sufficienter stare, si ex se non habeat illud, quod dicitur

THE

160



tur acquirere, sive sit novum, sive antiquum. Ad secundam rationem de Philosopho primo Persecutus, *omne, quod est, &c.* patet responso *distincti*. 30. Primi, ubi est adducta ista instantia ad probandum, quod nihil contingenter est in illo instanti, pro quo est, quoniam oppositum tunc potest inesse, & ex hoc patet, quod assumptum est falsum: immo in illo instanti, in quo, & pro quo est, contingenter est: sicut sibi deductum est, & jam determinatur. Et idem dico de causa, quod causa non causat in quantum præcedit effectum duratione: sed est causa in quantum præcedit effectum naturæ. Si igitur omnis causa pro illo instanti, pro quo causat, necessario causat, & nulla contingenter, omnis causa, in quantum causat, necessario causat, & nulla contingenter. Ad tertium potest negari, quod in quacunque specie est similis impossibilitas ad æternitatem, & sempiternitatem: quia non apparet contradictio ex parte eujusdemque speciei, & ideo nec similis possibilitas. Vel si concedatur de alio, quod potuit iussu productus ab æterno, & potuit generare, & per consequens ab ipso potuissent fuisse omnes animi generis usque ad istum. Et cum quæret, utrum fuissent finiti, vel infiniti, negatur, & quod sint infiniti, immo finiti. Et cum hæret igitur tota duratio a productione istius animi usque ad istum, fuisset finita, negatur consequentia. Ille enim cæsi productus fuisset ab infinito, non tamen potuit generare ab infinito, quia generatio necessario includit in creaturis, quod sit mutatio inter terminos oppositos, scilicet (a) privationem, & formationem: & quicquid est inter opposita sibi successoria, non potest esse sempiternum. Et si dicitur, quod tunc oportuit ipsum per tempus infinitum quiescisse ad generandum, cum tamen inisset perfectus, & potens generare, quod videtur inconveniens. Respondetur, alius non fuisset factus perfectior ab æterno ad generandum, quam Deus ad creandum: & tamen per te oportuit Deum quiescisse a creando A. per infinitum quasi imaginatum, ita quod contradictio esset ipsum aliquod creasse, quia infinitum quasi præteritum imaginatum præcessisset & tamen in creatione ejus, scilicet in dando totum esse ei, quod habet in se esse, non videtur ita necessario includi novitas, sicut in generatione, que est a privatione ad formam: non igitur est inconveniens si oportuit alium generare, quod quiescisset per infinitum imaginatum a parte ante ab illa actione, que necessario includit, quod sit nova: cum ponas Deum necessario quiescisse ab illa actione, quam non ostendis includere formaliter novitatem. Ad quartum dico, quod tota deductio de potentis illi videtur esse superflua, & multipliciter peccare: & tamen loquendo de potentia sicut ipsi procedit in argumentando in fine, concludendum esset, secundum eum, quod potentia ad non esse, necessario præcedit potentiam ad esse. Et si argumentum suum valet de potentis contrariis secundum quod accipitur a Philosopho 1. de Cel. & Mundo, debet (b) intelligi de potentis incompossibilibus a seibus suis. Et tunc si potentia ad non esse, necessario præcedat potentiam ad

esse.

esse, tunc esse necessario præcedit non esse: quia potentia ad non esse, nunquam est secundum esse intellectum, nisi in eodem præcesserit esse. Ubi sciendum est, quod loquendo proprie de potentia, scilicet ante actum, subiectum immediatum oppositum nunquam est in potentis oppositis simul quia tunc ceteris utroque actu simul: & non essent opposita immediata causa illud subiectum. Et de illis verum est, quod potentia ad unum, nonesse sine actu alterius. Non quod ille actus sit receptivus illius potentia, immo subiectum tantum recipit illam potentiam, sicut, & ejus actus. Si enim actus A. prior sit potentia ad B. quia ratio receptivæ: igitur ipso B. quia in eodem est prius natura potentia actus, 9. Met. B. autem (a) pari ratione prius est potentia ad A. & ita idem prius, & posterius sedem, fed potentia ad unum, necessario concomitatur alterius actus propter immediationem actuum ad unum. Ad propositum dico, quod non fuit ab æterno fuit potentia ad esse, & sub potentia ad non esse. Sub qua tamen prius? Dico, quod sub potentia ad esse secundum veritatem, quia sub non esse, & ita non sub potentia ad illud. Si autem fuisset ab æterno, fuisset semper sub potentia ad non esse: & nunquam fuit potentia ad esse, sed sub actu. Si autem non loquaris de potentia ante actum illum, sed quasi subiectiva: & assumas ibi creaturam non esse sic in potentia ad esse, nisi sub non esse; falsum est, & supra improbatum. Omitrendo igitur de potentis, argumentum breviter videtur stare in hoc opposita, que insunt eidem ordine nature, non possunt eidem inesse simul ordine durationis: quia prius duratione inest, quod prius natura inest. Est igitur, & non esse; cum insunt ordine nature lapidi non possunt simul inesse eidem simul duratione, nec indifferenter se invicem præcedere: sed necessario non esse præcedit duratione ipsum esse: & ita non potuit semper inesse. Quod autem non esse prius natura inest, quam esse, hoc probat; quia non esse competit lapidi ex se; aliud, scilicet esse, non competit sibi ex se, sed ex alio. Hic dico, quod duo opposita non insunt ordine nature eidem, quasi positive loquendo de ordine nature: sicut est de animalibus, & rationalibus; substantiis, & accidentibus: sed quasi privative, scilicet quod alterum inest, nisi impeditur. Qui modus expressus est in quest. præced. exponendo opinionem Avic. Et hoc modo (b) non oportet illud, quod prius natura convenit alicui prius duratione convenire sibi. Potest enim illud, quod non habet esse aliquod ex se, provenire a causa positiva dante sibi aliquid, quod istud non habet ex se: & ita prius duratione habetæ oppositum, quam istud. Ista responsio patet in aliis. Probat enim argumentum, quod Deus non potest creare materiam sub forma: quia materia prius natura est privata, quam informata, quia ex se habet quod sit privata: ex alio, quod sit informata: igitur non potest in materia esse forma, nisi duratione præcesserit materia informis. Sed hoc non concludit, quia materia non est ex se positive privata, sed privative tantum: quia non ex se habet formam, sed ab alio, ut generante, vel creando, & ipsa sola sine alia causa positiva sufficit ad hoc, quod ipsa

Tom. II.

C

sit

a De quo 1. dist. 2. p. 2. qu. 3. & dist. 5. qu. 2. & dist. 28.

b Tex. c. 118 Vide 3. p. 1. c. 10.

a T. c. 115. b Parag. Resp. n. 3.

se privata. Est igitur semper privata nisi esset aliqua causa positiva impediens ejus privationem continuam. & tamen quia causa positiva potest a principio impedire ipsius materiam privationem, dando sibi esse, ne semper sit privata, ideo non oportet ex tali prioritate naturae, necessario concludere prioritatem durationis. Ad aliud de infinitis animabus, respondeo, quicquid non potest fieri a Deo in uno die, quia includit contradictionem, hoc non potest fieri in infinito praeterito, si fuisset propter eandem rationem. In illa enim die sunt infinita instantia, (in uno in una hora unius diei) in quorum quolibet posset creare animam, sicut in uno die totius temporis infiniti, si esset. Non enim oportet eum quiescere a die in diem, ut creet unam animam post aliam: & ita si in infinitis instantibus hujus diei non potest creare infinitas animas, quia hoc non est factibile, nec in infinitis diebus totius praeteriti, posset infinitas animas creasse. Et si dicas instantia hujus diei non fuisse in actu sicut sunt infiniti dies praeteriti, in quibus non sufficit, quia sicut instantia infinita infinitorum dierum, in quibus creasset, fuisset in potentia per te (sicut indivisibile est in continuo) & non in actu (a), quia nullum illorum fuisset in actu terminus temporis: ita est etiam de infinitis instantibus hujus diei: igitur aequalem infinitatem videntur habere instantia hujus diei, vel unius horae, cum infinitis instantibus infinitorum dierum, & ita videtur sequi propositum. Concederent tamen aliqui Philosophi, non esse impossibile infinitatem esse in accidentaliter ordinatis, sicut patet per Avicena. *6. Metaph. cap. de causis*. Ad aliud de transitu infiniti, videtur improbare sempiternitatem successivorum. Sed secundum tenentes istam opinionem non est similis ratio impossibilitatis in successivis, & in permanentibus: quia permanentia quaecunque, sicut secundum motus suos possunt mensurari tempore: tamen secundum esse substantiale, ponuntur mensurari aeo: & ideo ponens permanens esse sine principio, non videtur ponere aliquid infinitum esse acceptum. Istam rationem de infinito successivo, confirmat illa imaginatio de linea conversa: quia si aliqua linea esset quae protensa in infinitum, incipiens ab hoc puncto A, non esset possibile, quod esset pertransita: igitur videtur, quod esset et converso, imaginando lineam quae sit acceptam in praeteritum, non videtur possibile, quod sit accepta usque ad A.

Ad ultimum argumentum dici potest, quod aequale, majus, & minus, non conveniunt quantitati molis, nisi finitae: quia prius dividitur quantum per finitum, & infinitum, quam sibi conveniat aequale, vel inaequale. De ratione enim quantitatis majoris est excedere, & minoris excedi: & aequalis commensurari; quae omnia videntur concludere finitatem: & ideo negaretur infinitum esse aequale infinito, quia aequale, & inaequale, & majus, & minus sunt differentiae quantitatis finitae, & non infinitae.

Ad primum argumentum principale concedo, quod materia est ingenerata, & incorruptibilis: non tamen ex hoc sequitur, quod sit sempiterna.

a Vide Scot. 6. Phys. q. 7. & 2.

piterna, quia non habet materiam unde fiat. Est tamen producta tota, quae productio non est generatio: quia generatio, & corruptio sunt compositorum, non simplicium. Ad aliud (a) de sempiternitate temporis, dico quod non valet, quia alias concluditur movens non posse sine novitate, seu mutatione mutare: & responsum est ad illud in quaest. praecedenti. Et quod arguitur de ante, dico, quod non concluditur, nisi de ante imaginario, vel privato, sicut aeternitas est ante quod nihil est, vel sicut extra universum nihil est, ibi vel negatur extra, vel non affirmatur nisi imaginatum extra.

Ad illud primi de Generatione quamvis ista sit aliquo modo probabilis Corruptio unius est generatio alterius quod tanto verum est, quia nullum agens naturale per se intendit corrumpere aliquid, sed per accidens corrumpit illud, quod est impossibile generatio, quod per se intendit: tamen ex illo non sequitur perpetuitas generationis quia ultima corruptio potest concomitari ultimam generationem: pura quando omnia mixta resolventur in elementa; & tunc erit status tam generationis, quam corruptionis: sicut illa ultima corruptio non fit annihilatio, quia est ad materiam. Philosophus tamen sponnit cum ista propositione, unam aliam propositionem, scilicet quod tale generabile est iterum corruptibile, & quod ejus generatio alterius fit corruptio: quod non est verum. Sed arguendo in praeteritis, oportet accipere istam, generatio unius est corruptio alterius, & ista non est ita vera ex per se intentione agentis naturalis, sicut illa praecedens. Accidit enim, quod generans corrumpat, propter impossibilitatem termini corrumpendi, cum termino, quem intendit: quia non potest producere formam, quam intendit, nisi in materia praesistente: & illa materia praesistens communiter est sub forma incompossibilis formae, quam intendit. Et ideo oportet ipsum corrumpere compositum praesistens, ut generet illud quod intendit. Et dato quod ex hoc sequeretur, quod nulla esset generatio nisi quando produceretur totum non tamen oportet, quod pars ejus praesistat sub forma incompossibilis: & ideo talem productionem alicujus entis non oportet esse destructionem alicujus alterius entis; sed tantum (b) destructionem nihil, sine non entis praesente. Et tunc non oportet illam primam productionem praecessisse aliam, quia terminus a quo hujus productionis, non fuit terminus ad quem alterius productionis; quia nihil, nulla productione producebatur. Ad illud quartum argumentum de successione propter motum, quando dicitur, quod agens non causans per motum, & non impedibilis, potest habere effectum sibi coeventum: diceretur quod ubi agens, & effectus possunt habere essentiam unigenam, vera est major illa: sed ubi non possunt esse unigenae, sed prioritas naturae in causa de necessitate requirit prioritatem durationis ejus respectu effectus, ibi major est talia. Sic est in proposito.

C z

Ad

a 2. & 3. Metaph. ut inquit Phil. 1. phys. 1. cap. 5. 4. & in 1. 1. Ave. 12. Met. com. 18. b De hoc axioma. Vide Scot. 4. 11. q. 3. ubi de forma corporeitatis.

Ad primum in oppositum dico, quod vel illa non est distinctio creaturæ, sed descriptio, quædam concessa ab Aetio, contra quem arguit Augustinus, quia dicit Filium Dei aliquando non fuisse: & tunc iussit Augustinus accipere istam distinctionem, vel descriptionem contra eum, ut concessam: & ex negatione huius descriptionis a Filio Dei concessæ ab eo, concludere contra eum, quod non sit creatura. Vel si est distinctio creaturæ, proprie loquendo de creatura in quantum creaturæ: non tamen propter hoc est distinctio cuiuslibet alterius a Deo, puta Angelis, vel hominis, quia diceretur, quod huic, quod est *esse creaturam*, accidit hæc distinctio: sed si illa poneretur distinctio incipientis, & de facto, ita esset omne aliud a Deo, tunc arguendo sic, Omne aliud a Deo, est incipiens: ergo omne aliud a Deo est creatura, non sequitur, sed est talia: Accidens propter extraneitatem mediis respectu tertii, in quantum comparatur ad primum: non enim quicquid repugnat accidenti, repugnat subiecto, cui accidit tale accidens.

Ad aliud de infinito in multitudine, & magnitudine responsum est prius in responsione de infinitate actuali animarum.

#### QUÆSTIO QUARTA.

*Utrum creatio Angelis sit idem Angelo?*

**Q**uarto quaero. *Utrum creatio Angelis sit idem Angelo?* Et arguitur (a) primo quod non, quia secundum Avic. 5. Met. *Equinitas est tantum equinitas, nec una, nec plures*: igitur pari ratione, Angelus, tantum est Angelus, & non est idem sibi realiter aliquis respectus.

Præterea, Creatio Angelis non est nisi in primo instanti naturæ, quando Angelus accipit esse: sed Angelus manet post unum instantem, & nihil manet sine eo, quod est idem sibi realiter: igitur &c.

Item, si ita esset, Deus non posset Angelum annihilatum eundem numero reparare: consequens est falsum, iustum, & antecedens. Probatio consequentiæ, quia non potest eandem creatorem reparare, ut videtur, quia nec eundem motum numero secundum aliquos, quia interruptio prohiberet illum esse eundem numero.

Præterea, Ignis genitus est casualiter ab alio igne generante, & per consequens habet naturam ab ipso: & tamen creatio non est in igne genito casualiter ab igne generante: igitur, &c. Minor probatur, quia tunc ignis genitus haberet ab igne generante, quod esset creatura: quia a quo, unque agente est creatio in igne, ab illo ignis creatur. Consequens videtur esse falsum: quia ipsum esse creaturam, tantum dicit respectum ad creatorem.

Item, mutatio differt a termino *ad quem*: creatio est mutatio: igitur, &c. Probatur major, tum quia mutatio præcedit terminum: tum quia mutatio est in genere Passionis, quia, & motus, secundum Commen-

mên. 9. *Phys.* terminus autem (a) intrinsecus, est eisdem generis cum terminato, sicut punctus circuli: forma autem, ad quam est mutatio vel motus, non est de genere passionis, ex 5. *Physico*. Probatio (b) minoris, tum, quia nova relatio non advenit alicui mutatione alterius extremi: sed per creationem est nova relatio creature ad Deum: quia aliquid novum dicitur de creatore, & non nisi propter novam relationem in eo, ad quod dicitur, Confirmatur per Aug. 5. de *Trinitate*. c. ult. *Ea, que sunt relativa ad Deum, cum mutatione ejus, de quo dicuntur, existunt, tum quia in omni genere est aliquid unum, quod est mensura omnium aliorum, que sunt in illo genere, ex 10. Met.* primam (c) autem in genere mutationum non videtur posse poni generationem: quia non est ratio mutabilitatis in omnibus mutabilibus: quia non omnia mutabilia sunt genita. Similiter non est maxima oppositio inter terminos generationis, qui sunt privatio, & format: sed maior oppositio est inter terminos creationis, qui sunt contradictorii, ut ens, & nihil: igitur creatio est prima mutatio.

Oppositum, quia si est alia: aut ergo creator, quod non convenit, quia creatio est nova, aut medium inter creatorem, & creaturam: quod non convenit, quia non est medium aut posterius re create: quod non convenit, quia est quasi via ad esse creaturæ: igitur, &c.

Et quia hæc quæstio dependet a quadam alia, scilicet de identitate relationis (d) ad suum fundamentum, & hic specialiter loquendo de relatione, que est creaturæ ad Deum: ideo quinto quaero.

#### QUÆSTIO QUINTA.

*Utrum relatio creaturæ ad Deum sit eadem fundamentum?*

**Q**uod non, si omnia alia a Deo (e) habent relationem ad ipsum: igitur omnia alia essent ad aliquid, non tantum accidentaliter, sed etiam per identitatem, consequens videtur impossibile, quia illud infert Philo. 4. *Met.* ex dictis dicentibus omnia apparentia esse vera.

Præterea, Prædicamenta sunt prima diversa, ex 5. & 10. *Met.* & simpliciter diversa entia: quia ens secundum se dividitur in illa: ergo nihil unius Prædicamenti est idem ens alterius Prædicamenti: ergo nulla relatio est eadem alicui absolute.

Oppositum, non minus dependet quodlibet creaturæ ad Deum, quum quod unque causatum ad aliud causatum, quia dependentia ad primum videtur esse essentialissima, sed totum habet relationem ad partes eandem sibi, quia non potest esse totum, & non esse ex partibus: ergo pari ratione ad causam primum licet extrinsecam habeat dependentiam eandem sibi: licet enim causa extrinsecam non componat tem, sicut la-

C 3

cit

a *Comm.* 9. & 10. & 18. b *Ibid.* c *Text.* 2.

d *Lib. 1. distincti.* 30. De identitate relationis ad suum fundamentum. e *Text.* cap. 25. & 27. I. c. 63. I. cap. 13. Quæstio 5. *Phys.* & 3. *Poster.* text. com. 31.